751 3 LIB

CASPARIS FRANCI

DE EXTERNO, VISIBILI ET HYERARCHICO ECCLESIAE

Catholicæ Sacerdotio, aduerſus hæreticorum figmenta, ex Sacra Scriptura, & orthodoxis Patribus Aſſertio,

AD REVERENDISSImum in *Chriſto patrem, Illuſtrißimumq́ principem ac Dominum, D.* IOHANNEM EGOLPHVM *Epiſcopum Auguſtanum.*

BIBLIOTECA NAZIONALE FIRENZE 1872

COLONIAE, Apud Maternum Cholinum. M. D. LXXV. *cum gratia & Priuileg. Caſ. Maieſt.*

Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PAtri, Illuſtriſsimoque Principi ac Domino, Domino Iohanni Egolpho, Epiſcopo Auguſtano.

SI quis fidelium, Ampliſsime Præſul, perturbatiſsimum & miſerrimum Reipublicæ Chriſtianæ ſtatum hac noſtra ætate altius ſecum perpendit & conſiderat, inter alia haud poſtremam huius infelicitatis, & corruptelarum eſſe cauſam, ac veluti caput reipſa, & experientia conuictus teſtabitur: quàm quod ſub prætextu Euangelicæ libertatis, homines poteſtatem ſibi ſumant liberam quoſuis nouæ religionis duces & magiſtros, deligendi, audiendi, & ſequendi, ne ſecun- 2. Timo. 4.

1. Cor. 14. *dum D. Paulum electionis vas, omnia honeſtè, & ſecundum ordinem fiant in Eccleſia. Hinc cum magno Germaniæ tumultu, & multorum millium internecione tot ſectæ diſſectæ vndiq; exortæ, hinc tot Confeßiones, quot capita promulgatæ; hinc nulla fuit ætas (proh dolor) vnquam, quæ vno eodemq; tempore vberiorem hæreticorum prouentum præbuerit, qui ſacrarum literarum authoritatẽ ad ſacrilega dogmata ſua detorſerint, qui Patrum noſtrorum terminos tranſgreßi nouas cathetras nefariè erexerint, & Epiſcoporum Eccleſiaſticas ordinationes, ab Apoſtolorum temporibus ad nos vſq; ſanctißimè obſeruatas, paßim pro arbitrio ſuo temerè abrogarint, prophanarint, execrati fuerint. Vnde cum hyerarchicum Eccleſiæ ſacerdotium non admittant, eò graſſatur in præceps effrenata illa licentia, vt cuiuis de fece vulgi, cuiuis baiulo, Zonario, quin etiam carnifici prædicare, conſecrare,*

bapti-

baptizare, exorciſmos agere, peccata remittere, aut quocunque alio Sacerdotali officio impunè apud iſtos fungi liceat. Sed agè audiamus parumper, quid hoc extremo ſeculo, impudētia & impietatis feraciſſimo, nouæ doctrinæ miniſtri & buccinatores, de Eccleſiaſtica ordine diuinitus inſtituto, in medium proferant.

Lutherus ſcelerum caput malorum omnium & ἀκαταστασίας huius machinator & artifex in libello de abroganda Miſſa in hæc verba erumpit:

Certus eſto, (inquit) nec vlla perſuaſione falli te ſinas, quiſquis eſſe voles purè Chriſtianus, nullum eſſe in nouo teſtamento Sacerdotium viſibile & externum, niſi quod humanis mendacijs eſt per Sathanam erectum.

Iacobus Smidelinus temerariè, in diſputatione aliqua non ita pridem Tubingæ habita inter alias blaſphemias euomuit: ſine ſumma contumelia ſacrificij Chriſti, neminem ſeipſum Sacerdotem

appellare poſſe.

Quid præterea integro volumine Georgius Nigrinus, multa garrulitate & vehementia manifeſtum eſt.

Hoc enim externum Eccleſiæ Sacerdotiũ, quod tot ſeculis Apoſtoli, patresq́; noſtri ſanctiſsimi, in ſumma veneratione habuerunt, partim humanis mendacijs à Papiſtis & Antichriſti membris, partim Satanicis inſtinctibus, in contemptũ reliquorum Chriſtianorum & Eccleſiæ detrimentum, ſuberbè & perfidioſè introductũ eſſe plenis buccis & voce Stentorea affirmare non dubitat. Ex quibus concludit, penes laicos ius ordinandi & conſtituendi Eccleſiæ miniſtros ac Epiſcopos eſſe, quod nullo iure, & vi quadam tyrannicè Pontificij ad ſeſe, per aliquot ſecula, contra Dei Verbum & Apoſtolicam traditionem rapuerunt.

Quis verò pietatis zelo præditus tàm impia conuicia ſanctiſsimis Chriſti miniſterijs improperari ferat æquanimiter?

Digitized by Google

ter? Quis quæſo tàm iniquè mendatia in Dei Sacerdotes conjecta non moleſtè audiat? Quis tam pulcherrimum Eccleſiæ ſtatum, diuiniſsimum ordinem euerti, blaſphemari & tolli, abſq; cordis ingenti mærore atq; lachrymis poſſet intueri? Quid enim ordine amabilius? quid pulchrius? vt grauiſsima illa Xenophontis ſentētia teſtatur, ὅτι οὐτὲν οὕτω εὔχρηϛον, οὔτε καλὸν ἐν τῷ βίῳ ὡς ἡ τάξις, *quod nihil tàm vtile neq; tàm pulchrum ſit in vita quàm ordo.* Xenophon in Oecono mico.

Cæterum nil firmius ſectarijs iſtis vndique diſſectis, pro fidei & Catholicæ religionis noſtræ defenſione opponere poſſumus, quàm aciem illam ordinatiſsimè inſtructam, videlicet ſacroſanctæ ſcripturæ certiſsima, firmiſsimaq; axiomata, & traditionem quæ à primis illis Apoſtolicæ Eccleſiæ fundatoribus, per orthodoxos Patres, infallibiliter ad nos vſque diuina diſpoſitione ac prouidentia promanauit.

Sic enim Irenæus Valentinum, Tertullianus Marcionem, Origenes Celſum, Nicena Synodus Arrium, Baſilius Eunomium, Hieronymus Iouinianum, Vigilantium, Luciferanum, Cyrillus Neſtorium, Auguſtinus Pelagianos, Donatiſtas ſic reliqui Eccleſiæ Doctores ſui temporis hæreticos vicerunt & profligarunt. Quis autem ratione valens non multo mallet vnanimem, perpetuum & conformem totius orbis Chriſtiani per tot ætates conſenſum amplecti, certiſſimæq; veritatis cognitioni, quæ martyrum ſupplicio confirmata, Sanctorum hominum ampliſſimis monumentis illuſtrata eſt, ex animo firmiter adhærere: quàm illorum opiniones ſequi, qui nulla pietate, nulla eruditione ornati, nouitate ſuſpecti, flagitijs infames ſunt, qui nihil niſi veritatis pollicitationem habent, qui magno ſupercilio ſcripturarum peritiã ſibi falsò vendicant, & tamen verbo Dei atque vero, legitimo & Apoſtolico Sacramentorum

mentorum vſu & adminiſtratione omninò deſtituuntur.

Oſtendant quæſo nouatores iſti, ſi poſſunt, Confeſsiones ſuas ab Apoſtolis originem traxiſſe, proferant doctrinæ ſuæ teſtes, & ſi qui fuerint, dicant nobis cur tàm pauci, vt orbem latuerint, tàm diſperſi, vt nuſquam congregati fuerint, tàm illiterati, vt nihil ſcripſerint, tàm inepti, vt nihil dixerint. ſed profectò omnium hominum ſunt ſuperbiſsimi, qui poſt mille quingentos annos docere præſumunt, quæ vniuerſus Chriſti annorum populus ignorauit, quæ hactenus Eccleſia Chriſti nunquam credidit, quæ ſemper exploſit, damnauit, exuſsit. Sunt peruerſiſsimi, qui propagare verbum Dei contendunt, & tamen in ſuis conuenticulis de præcipuis fidei articulis diſſentiunt, Sũt deniq; perdidiſsimi, quorũ ſqualidus cœtus docentiũ & diſſentiũ impurã Caceuangelij vocẽ, reuera, (vt loquar quod res eſt) nihil aliud quàm Cyclopum cæ-

Euripides in Cycople terua eſt, de qua Euripides literis memoriaq; prodidit. ἄχθει οὐδεὶς οὐδὲν οὐδενὸς

Cum igitur nuper contra nefarium & maleferiatum homuncionem Georgium Nigrinum Haſſiæ concionatorem, de ordinaria & legitima Sacerdotum ac miniſtrorum Eccleſiæ vocatione & ordinatione ſcriberem, & ſingulas ipſius oppoſitiones, quibus prophana & laica miniſteria ſua conabatur defendere auxiliante Deo conuellerem: ex ſacra Scriptura & orthodoxis Patribus hanc de externo, viſibili, & hierachico catholicorum ſacerdotio aſſertionem, collegi, quæ haud dubiè cathena eſt firmiſſima, qua vinciri & conſtringi tenaciſſimè poſſunt omnes contra illud latrantes & ferocientes hæretici, vt reſeruati ad terribile illud Dei iudiciũ, ſi ab errore conuerti noluerint, in æternum vincti & condemnati in tenebras exteriores detrudantur & conijciantur.

Poterit autem diligens & beneuolus lector

lector ex hac Aſſertione catholica,inter alia ſcitu & cognitu longè digniſſima, ſequentia capita,& Apoſtolicæ traditionis dogmata aduerſus prophanas & perverſas hæreticorum nouitates elicere & cognoſcere:primò quòd ſummoperè peccent,qui externum ſacerdotium & poteſtatem Eccleſiaſticam tollunt, atque prædicandi,& Sacramenta adminiſtrãdi officia omnium fidelium multitudini tribuunt,neque per legitimam manuũ impoſitionem,& ſolennes ſanctæ Eccleſiæ cæremonias,gratiam,poteſtatem atque miniſterium conferri peculiare,concedunt.Secundò quod non penes laicos (quibus quidem ſuffragium petitionis & conſenſus ſiue teſtimonij conuenit) ius & poteſtas ſit,ordinandi & conſtituendi epiſcopos,vel Eccleſiæ Sacerdotes. Tertiò,quod domini corpus & ſanguinem,vnus ſacerdos legitimè ab Epiſcopo, Apoſtolorum ſucceſſore ordinatus,poſſit conficere & conſecrare.Reliquos verò ius

Euangelicum, Apoſtolicum & Eccleſiaſticumimpu denter ac ſacrilegè violare, omniq́ꝫ authoritate carere, qui vt lupi rapaces in ouile irrumpunt, & à laicis miſſi, ſacerdotalia officia exercere præſumunt.

Hanc verò de externo & viſibili Eccleſiæ ſacerdotio Aſſertionem, Reuerendiſſime in Chriſto pater, & Illuſtriſſime Princeps, ſub tutela & nomine Reuerendiſſimæ Celſ. T. in publicum emittere non dubitaui, cum ſatis ſuperq́ꝫ exploratum habeam, te vt pietate, ita & doctrina excellere, atqꝫ omnibus viribus, omnibusq́ꝫ (quod aiunt) copijs eniti, quò Catholica & apoſtolica fides, quam ab anteceſſoribus tuis per manus traditam accepiſti, ad poſteros quoque inuiolata propagetur, poſtquam enim ad Eccleſiæ gubernacula euectus es, nihil tibi eſt antiquius, nihil quod pro diuinis ingenij tui dotibus ardentius exoptes, quàm vt diſciplina vetus reuocetur, langueſcenti Eccleſiæ

cleſiæ ſuccurratur, teterrimæ diſſentiones componantur, ſacra ſtudia floreãt, atque exoptata pax & amabilis concordia tandem reparetur. Quid verbis opus eſt? videre mihi videor admodum reuerendos, ſpectatiſſimosq́; Auguſtani collegij Patres, in Epiſcopo ſuo deſignando, magno piorum omnium applauſu etiam atque etiam, communibus ſuffragijs obſeruaſſe, quod olim Petrus Apoſtolorum princeps de ſuo in Epiſcopatu ſucceſſore D. Clemente *ſtatuit:* Clementem, in- Clemen. *quiens, Epiſcopum vobis ordino, cui ſoli* 1. Epiſtola *meæ prædicationis & doctrinæ cathedram credo, quem præ cæteris expertus ſum Deum colentem, homines diligentem, caſtum, diſcendi ſtudijs deditum: ſobrium, benignum, iuſtum, patientem, & ſcientem ferre nonnullorum (etiam ex his quæ in verbo Dei inſtituuntur) iniurias, &c.*

Pluribus virtutes tuas pro vt par eſſet, prædicare poſſem, ſed & ego ab adu-

landi vicio, vt ipſe noſti, ſum alienus, nec præſens locus permittit in tuis laudibus longius me commorari. Vnum tamen illud verè dicam, vehementer optare me cum alijs pijs & cordatis viris, vt orbis Chriſtianus quàm plurimos tui ſimiles Eccleſiarum Antiſtites & principes habeat, qui in promouenda catholica religione & piorum ſtudijs adiuuandis, te æquare, pro ſua facultate omni animi contentione elaborent. Certum namq; eſt, ſi id contingeret, diuinis pariter & humanis rebus longè melius conſultum fore.

Præterea cum tanta in me Reuerend. Cel. T. contulerit beneficia, quæ ne cogitanda quidem gratia aſſequi vnquam potero, publicum hoc gratitudinis meæ erga illam teſtimonium extare volui. Scio quidem aliam eſſe & perſonæ tuæ dignitatem, & meritorum tuorum erga me magnitudinem, quam vt operis vel collectionis huius dedicatione illi ſatisfie-

Digitized by Google

ripoßit: Nec me tamen hoc quoque fugit, te pro ingenita tua humanitate, in officij colendi ratione, non res metiri pondere, ſed eius à quo proficiſcuntur facultatibus & animo, nec in referenda gratia ſpectare quid meritis tuis debeatur, ſed quid præſtare valeat, qui referendi habet voluntatem, Αρχεῖ ἐν μεγάλοις ϗ τὸ θέλημα μόνον. *In magnis enim voluiſſe ſat eſt. Princeps Paſtorum Chriſtus quàm diutißimè Reuerendiß. Cel. V. ad Reipublicæ Chriſtianæ vtilitatem, & bonorum ſolatium, florentem conſeruet & incolumem. Ingolſtadij die D. Catharinæ virginis. Anno reparatæ ſalutis M. D. LXXIIII.*

Reuerendiß. atq; Illuſtriß.
Celſ. T. Obſeruantiß.

Caſpar Francus
ibidem Eccleſiæ
S. Mauritij Paſtor.

Digitized by Google

EPIGRAMMA
M. Iohannis Engerdi Neapolitani Turingi, P.L. & Poëtices in Catholica Ingolſtadienſi Academia Profeſſoris ordinarij.

Cur nunc infelix ingentibus excita monſtris,
Cum multis, ſine more furit Germania regnis
Proh dolor, ardemique errorum fluctuat æſtu.
Atque animum nunc huc dubium, nunc diuidit illuc?
Cur varias raptum in partes penè omnibus horis.
Scinditur incertum ſacra in contraria vulgus?
Omnibus en terris caput horum & cauſa malorum eſt
Vana ſacerdotij veri fuga: ſcilicet omnes
Iniußi, nullaque Dei ſe lege tenentes,
Iactant verba Dei, & malè Sacramenta miniſtrant.
Quin & oues ipſæ variũ & mutabile vulgus,
Queis neque mos, neque cultus adeſt, infeſta luporum
Ora legunt, vigileſque canes ab ouilibus arcent
Quod quicunque probant, quàm ſint rationis egentes,

Hæc

Hæc tibi ſacrorum monſtrant monumenta parentum,
Quæ ſibi collegit FRANCVS *clariſſimus heros,*
Hæretica oppugnans variarum monſtra ferarum,
NIGRINVM *ante alias: ſanctum cui nomen ademptum eſt.*
Hæc alijs intacta prius, ferrata cathena eſt,
Qua trahit & frenat lictor fortiſſimus hoſteis,
Ac nihil ingenia, ſtudijs nil linquit in auſum,
Vt lapſa poßit fidei ſarcire ruinas.
Accipe non vlli ſudatos antè labores,
Quiſquis amans veri es, quondam maiora ſequentur.

DE

DE EXTERNO

VISIBILI ET HIERARCHICO ECCLESIAE SACERDOTIO, ex ſacra ſcriptura & Sanctis patribus Aſſertio.

FIGVRA.

Gene.14. AT verò Melchiſedech Rex Salem proferens *panem & vinum* (erat *enim Sacerdos Dei* altiſsimi) benedixit Abrahæ.

VMBRA.

Exod.30. Aaron & filios eius vnges, ſanctificabiſque eos, vt *ſacerdotio* fungantur mihi.

1.Paral.29. Congregauit Ezechias ſacerdotes atque leuitas, dixitq; ad eos: Vos elegit dominus, vt ſtetis coram eo, & miniſtretis illi, colatiſq; eum, & cremetis ei incenſum.

PROPHETIA.

Aſcen-

Digitized by Google

Aſcendiſti in altum, cepiſti captiui tatem, accepiſti dona in hominibus. Pſal.67.

Iurauit Dominus & non pœnitebit eum, tu es ſcerdos in æternũ, ſecundum ordinem Melchiſedech. Pſal.109.

Et reſtituam iudices tuos vt fuerunt prius & conſiliarios tuos ſicut antiquitus: poſthæc vocaberis ciuitas iuſti, vrbs fidelis. Eſai.1.

Hoc fœdus meum cum eis dicit Dominus, Spiritus meus qui eſt in te & verba mea quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, *& de ore ſeminis tui*, & de ore ſeminis ſeminis tui, dicit Dominus, à modo & vſque in ſempiternum. Eſai.59.

Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth miniſtrabunt tibi, *offerentur ſuper placabili altari meo* & domum maieſtatis meæ glorificabo. Eſai.60.

Et ædificabunt filij peregrinorũ multo tuo, & reges eorum miniſtrabunt tibi, indignatione enim Ibidem.

mea

Digitized by Google

mea percuſsi te, & in recõciliatione mea miſertus ſum tui. Et aperiẽtur portæ tuæ iugiter; die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo gentium, & reges earum adducantur.

Eſai. 61. Et ſtabunt alieni, & paſcent pecora veſtra, & filij peregrinorum agricolæ & vinatores veſtri erunt, *vos autem ſacerdotes domini vocabimini*: miniſtri Dei noſtri, dicetur vobis, fortitudinem gentium commedetis, & in gloria earum ſuperbietis. Pro confuſione veſtra duplici & rubore laudabunt partem eorum: propter hoc in terra ſua duplicia poſsidebunt, lætitia ſempiterna erit eis. Quia ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocauſtum: & dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis. *Et ſcietur in gentibus ſemen eorum*, & germen eorum in medio populorum: omnes qui viderint eos, cognoſcent illos,

quia

quia iſti ſunt ſemen, cui benedixit Dominus.

Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum venio vt congregẽ cum omnibus gentibus & linguis, & venient & videbunt gloriam meam. Et ponam in *eis ſignum*, & mittam ex eis qui ſaluati fuerint, ad gentes in mare, in Aphricam, & Lydiam tenentes ſagittam: & in Italiá & Græciam ad inſulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annunciabunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres veſtros de cunctis gentibus donum Domino, in equis & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad montem ſanctum meum Ieruſalem, dicit Dominus, quo modo ſi inferant filij Iſrael munus in vaſe mundo in domum Domini. *Et aſſumam ex eis in ſacerdotes, & Leuitas*, dicit Dominus. Eſai. 66.

Vſque ad principem fortitudinis magnifi- Daniel. 8.

magnificatum eſt,& ab eo tulit *iuge Sacrificium*,& deiecit locum ſanctificationis eius.Robur autem datum eſt contra *iuge ſacrificium*, propter peccata:& proſternetur veritas in terra,& faciet & proſperabitur. Et audiui vnum de ſanctis loquentem, & dixit vnus ſanctus alteri neſcio cui loquenti, vſquequo viſio, & *iuge ſacrificium* & peccatum deſolationis quæ facta eſt, & ſanctuariũ & fortitudo conculcabitur. Et dixit ei, vſq; ad veſperã & mane dies duo mil lia treceti,& mũdabitur ſanctuariũ.

Malach. 1. Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis vſq; ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus,& in omni lóco *ſacrificatur,& offertur nomini meo oblatio munda,* quia magnum eſt nomen meum in gentibus,dicit Dominus exercituũ.

CHRISTVS *exhibens*·

Videns

Videns Ieſus turbas, miſertus eſt eis, quia erant vexati & iacentes ſicut oues non habentes paſtorem, tunc dicit diſcipulis ſuis: Meſsis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo *dominum meßis, vt emittat operarios* in meſſem ſuam. Matth. 9.

Et conuocatis duodecim diſcipulis ſuis, *dedit illis poteſtatem* ſpirituũ immundorum, vt eijcerent eos, & curarent omnem languorem, & omnẽ infirmitatẽ. Duodecim autem Apoſtolorum nomina ſunt hæc: primus Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, Philippus & Bartholomęus, Thomas & Matthęus publicanus, & Iacobus Alphęi, & Thaddęus, Simon Cananæus, & Iudas Scariotis, qui & tradidit eũ. *Hos duodecim miſit Ieſus*, præcipiẽs eis, dicens, In viam gentiũ ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: ſed potius ite ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Euntes Matth. 10.

tes autem prædicate, dicentes: Quia appropinquauit regnum cælorum. Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eijcite: *gratis accepiſtis*, gratis date.

Ibidem. Ecce *ego mitto vos*, ſicut oues in medio luporum. Ego dico tibi, quia tu

Matth. 16. *es Petrus*, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. *Et tibi dabo claues regni cælorum.* Et quodcunque ligaueris ſuper terrá, erit ligatum & in cælis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.

Matth. 18. Amen dico vobis quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo.

Matth. 23. Ecce *ego mitto ad vos prophetas*, & ſapientes, & ſcribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini

ſquemini de ciuitate in ciuitatem.

Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & comedite: Hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit & dedit illis, dicens, Bibite ex hoc omnes: Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum. Matth. 26.

Accedens Ieſus locutus eſt dicens: *Data eſt mihi omnis poteſtas* in cælo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & filij & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis: & ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. Matth. 28

Et aſcendens in montem, *vocauit ad ſe quos voluit ipſe:* & venerunt ad eum. Et fecit vt eſſent duodecim cũ illo, & vt mitteret eos prędicare. Et Marc. 3.

dedit illis poteſtatem curandi infirmitates,& eijciendi dæmonia. Et impoſuit Simoni nomen Petrus, & Iacobum Zebedæi & Iohannem fratrem Iacobi: & impoſuit eis nomina Boanerges, quod eſt,filij tonitrui, & Andream & Philippum & Bartholomæum & Matthæum, & Thomam & Iacobum Alphæi, & Thaddæum & Simonem Cananæum,& Iudam Iſcarioten,qui & tradidit illum.

Marc.6. Et vocauit duodecim,& *cœpit eos mittere* binos, & dabat illis poteſtatem ſpirituum immundorum. Et præcepit eis, ne quid tollerēt in via, niſi virgam tantum, non peram, non panem ,neque in zona æs,ſed calceatos ſandalijs, & ne induerentur duabus tunicis. Et dicebat eis, Quocunque introieritis in domum, illic manete donec exeatis inde, & quicunque non receperint vos, nec audierint vos, exeuntes inde excu-

tite

tite puluerem de pedibus veſtris in teſtimonium illis. Et exeuntes prędicabant, vt pœnitentiam agerent, & dæmonia multa eijciebāt, & vngebant oleo multos ęgros, & ſanabātur.

Et manducantibus illis accepit Ieſus panem, & benedicēs fregit, & dedit eis, & ait: Sumite, hoc eſt corpus meū. Et accepto calice, gratias agēs dedit eis, & biberunt ex illo omnes. Et ait illis, Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamēti, qui ꝓ multis effundetur. Marc. 14.

Et dixit eis: Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & bap:izatus fuerit, ſaluus erit: qui verō non crediderit condemnabitur. Marc. 16.

Factum eſt autē in illis diebus, exijt in montē orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Et cum dies factus eſſet, vocauit diſcipulos ſuos: & *elegit duodecim* ex ipſis, quos & Apoſtolos nominauit: Simonem, quem cognominauit Petrū, et Andreā fratrē eius, Luc. 6.

Iacobum & Iohannem, Philippum & Bartholomæum, Matthæum & Thomã, Iacobũ Alphæi, & Simonẽ qui vocatur Zelotes, & Iudã Iacobi & Iudã Iſchariotẽ, qui fuit proditor.

Luc. 9. Conuocatis autem Ieſus duodecim Apoſtolis, *dedit illis virtutem & poteſtatem* ſuper omnia dæmonia, & vt languores curarent. Et miſit illos prædicare regnũ Dei, & ſanare infirmos.

Luc. 10. Poſthæc autem deſignauit Dominus *& alios ſeptuaginta duos*: & miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem & locum quò erat ipſe venturus. Et dicebat illis: Meſsis quidem multa, operarij autẽ pauci. *Rogate ergo dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam.* Ite: ecce ego vos mitto ſicut agnos inter lupos.

Luc. 22. Et cũ facta eſſet hora, diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo, & ait illis: Deſiderio deſideraui hoc Paſcha mandu-

manducare vobiſcum antequam pa tiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice gratias egit & dixit: Accipite & diuidite inter vos: dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens, *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem.* Similiter & calicem poſtquam cœnauit dicens: Hic eſt calix nouum teſtamentũ in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur.

Vos autem teſtes eſtis horum. *Ego mittã promiſſum patris mei in vos*: vos autem ſedete in ciuitate, quo aduſq; induamini *virtute ex alto.* Luc. 24.

Reſpondit eis Ieſus, Nónne *ego vos duodecim elegi*, & ex vobis vnus diabolus eſt. Iohan. 6.

Non vos me elegiſtis, ſed *ego elegi vos*, & poſui vos vt eatis & fructum Iohan. 15.

 afferа-

afferatis, & fructus veſter maneat.

Iohan. 20. Dixit ergo eis iterum, Pax vobis: Sicut *miſit me Pater, & ego mitto vos.* Hæc cum dixiſſet, inſufflauit, & dicit eis: Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.

Iohan. 21. Cum ergo prandiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus: Simon Iohannis, diligis me plus his? Dicit ei, Etiam Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei: *Paſce agnos meos.* Dicit ei iterum: Simon Iohannis, diligis me? Ait illi, Etiam Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei, *Paſce agnos meos.* Dicit ei tertiò, Simon Iohannis, amas me? Contriſtatus eſt Petrus, quia dicit ei tertiò, Amas me? & dixit ei: Domine tu omnia noſti; tu ſcis quia amo te. Dicit ei, *Paſce oues meas.*

Exhibitionis confirmatio.

Actor. 1. Et (fratres) ſtatuerunt duos, Ioſeph, qui vocabatur Barſabas, qui

qui cognominatus eſt Iuſtus,& Matthiam. Et orantes,dixerunt:Tu domine,qui corda noſti omniū, oſtende quem elegeris ex his duobus, vnum accipere locū miniſterij huius & Apoſtolatus,de quo præuaricatus eſt Iudas, vt abiret in locum ſuum. Et dederunt ſortes eis, & *cecidit ſors ſuper Matthiam*,& annumeratus eſt cum vndecim Apoſtolis.

Conuocantes autem duodecim multitudinem diſcipulorum, dixerunt:Non eſt æquum,nos derelinquere verbū Dei,& miniſtrare menſis. Conſiderate ergo fratres viros ex vobis boni teſtimonij ſeptem plenos Spiritu ſancto & ſapientia,quos conſtituamus ſuper hoc opus. Nos verò orationi & miniſterio verbi inſtantes erimus. Et placuit ſermo coram omni multitudine.Et *elegerunt* Stephanum virum plenum fide & Spiritu ſancto,& Philippum & Prochorū & Nicanorē & Timonē et Actor. 6.

Digitized by Google

Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum. *Hos ſtatuerunt* ante conſpectum Apoſtolorum, & orantes *impoſuerunt eis manus*.

Actor. 13. Erant autem in Eccleſia quæ erat Antiochiæ Prophetæ & Doctores, in quibus Barnabas & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenenſis, & Manahen, qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus, & Saulus. *Miniſtrantibus autẽ illis* domino, & ieiunantibus, dixit illis Spiritus ſanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabá in opus, ad quod aſſumpſi eos. *Tunc ieiunantes & orantes, imponẽtesq́; eis manus* dimiſerunt illos.

Actor. 14. Et cum *conſtituiſſent* illic per ſingulas Eccleſias *presbyteros*, & oraſſent cum ieiunationibus, commendauerunt eos domino, in quem crediderunt.

Acto. 20. Attẽdite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus *poſuit Epiſcopos*, regere Eccleſiam Dei, quã acqui-

acquiſiuit ſanguine ſuo. Ego ſcio, quoniam intrabunt poſt diſceſsionē meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi.

Paulus ſeruus Ieſu Chriſti, *vocatus Apoſtolus*, ſegregatus in Euangelium Dei. Roma. 1.

Aut quomodo credent ei, quem Roma. 10. non audierunt? Quomodo autem audient ſine prædicante? *quomodo verò prædicabunt, niſi mittantur*: ſicut ſcriptum eſt? Quàm ſpecioſi pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona?

Sicut enim in vno corpore mul- Roma. 12. ta membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habēt: ita multi vnū corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autē alter alterius membra: habentes autem *donationes ſecundum gratiam, quæ data eſt nobis, differentes*. Siue Prophetiam ſecundum rationem fidei: ſiue miniſterium in miniſtrando, ſiue qui docet in do-

ctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in ſimplicitate. qui præeſt in ſollicitudine, qui miſeretur in hilaritate.

Roma.15. Audacius autem ſcripſi vobis fratres, ex parte, tanquam in memoriá vos reducens, *propter gratiam quæ data eſt mihi à Deo: vt ſim miniſter Chriſti* Ieſu in gentibus, ſanctificans Euangeliũ Dei, vt fiat oblatio gentiũ accepta & ſanctificata in Spiritu ſancto.

1.Cor.3. *Dei* enim ſumus *adiutores*, Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis. Secundũ *gratiã Dei, quæ data eſt mihi*, vt ſapiẽs architectus fundamentũ poſui, alius autẽ ſuperædificat.

1.Cor.4. Sic nos exiſtimet homo vt *miniſtros Chriſti* & diſpſaentores miniſteriorum Dei.

1.Cor.12. Diuiſiones verò *gratiarũ* ſunt, idẽ autẽ Spiritus. Et diuiſiones *miniſtrationũ* ſunt, idem autẽ Dominus. Et deuiſiones operationũ ſunt, idem verô Deus, qui operatur oĩa in omnibus.

Ibidem. Vos autem eſtis corpus Chriſti &

membra de membro. Et quoſdã quidem *poſuit Deus in Eccleſia*, primô Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationũ, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum. Nunquid omnes Apoſtoli? *Nunquid omnes Prophetæ?* Nunquid omnes Doctores? Nunquid omnes virtutes? Nunquid omnes gratiã habent curationum? Nunquid omnes linguis loquũtur? Nunquid omnes interpretãtur? Aemulamini autẽ chariſmata meliora.

Mulieres *in Eccleſiis taceant*. Non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit. 1. Cor. 14.

Paulus *Apoſtolus non ab hominib.* neq; per hominẽ, ſed per Ieſum Chriſtũ & Deũ patrẽ, q̃ ſuſcitauit eũ à mortuis. Gala. 1.

Fratres, etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, *vos qui ſpirituales eſtis*, huiuſcemodi inſtruite in ſpiritu lenitatis. Gala. 6.

Ephe. 4. Et ipſe *dedit quoſdam quidem Apoſtolos*, quoſdam autem Prophetas, alios verò euangeliſtas, alios autē paſtores & doctores, ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumuentionem erroris.

1. Timo. 4. Noli negligere *gratiam quæ in te eſt*, quæ data eſt tibi per prophetiam *cum impoſitione manuum* presbyteri.

1. Timo. 5. Qui bene pręſunt *presbyteri*, duplici honore digni habeātur, maximè qui laborāt in verbo et doctrina.

2. Timo. 1. Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti, per voluntatē Dei, ſecundū promiſsionem vitæ, quæ eſt in Chriſto Ieſu.

2. Timo. 2. Nemo *militans Deo* implicat ſe ne-

gotijs

gorijs ſecularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit.

Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt, corrigas, & *conſtituas per ciuitates presbyteros*, ſicut & ego diſpoſui tibi. Tit. 1.

Oportet *epiſcopum* ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem. Ibidem.

Omnis namque Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his quę ſunt ad Deũ, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis. Hebręo. 5.

Nec quiſquam ſumit ſibi honorẽ, ſed qui vocatur à Deo *tanquã Aaron*. Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit, vt Pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eũ: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Ibidem.

Neceſſe eſt ergo exemplaria quidẽ cæleſtium his mundari: ipſa autem *cæleſtia melioribus hoſtijs*, quàm iſtis. Hebręo. 9.

Vmbram enim habẽs lex futurorũ bonorum, nõ ipſam *imaginem* rerũ. Hebrę. 10.

Ibidem. Voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptã notitiam veritatis, iam *non relinquitur pro peccatis* hoſtia.

Hebræ. 13. Mementote *præpoſitorum veſtrorũ*, qui vobis locuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum, conuerſationis imitamini fidem.

Ibidem. Habemus *altare*, de quo edere nõ habent poteſtatem qui tabernaculo deſeruiunt.

Ibidem. Obedite *præpoſitis veſtris* & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris redditurí: vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes.

1. Pet. 5. Seniores ergo qui in vobis ſunt, obſecro, *cõſenior*, & teſtis Chriſti paſſionum, qui & eius, quæ in futuro reuelanda eſt, gloriæ communicator: *Paſcite qui in vobis eſt, gregem Dei*, prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundum Deum: neq; turpis lucri gratia, ſed voluntariè: neque vt dominãtes in cleris, ſed forma facti gregis.

gis ex animo. Et cũ appar ierit princeps paſtorum, percipietis immarceſcibilem gloriæ coronam.

D. Iacob. cognomento Iuſtus, frater domini ſecundum carnem. An. *Chriſti* 55.

Sacerdos panem manibus accipiẽs, dicit: Accipiens panẽ in ſanctas, immaculatas, inculpabiles, & immortales manus ſuas in cælum ſuſpiciens, ac tibi Deo & patri oſtendens, gratias agens, ſanctificans, frangens, dedit nobis diſcipulis ſuis & Apoſtolis, dicẽs: Accipite, comedite: Hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis frangitur, & datur in remiſsionẽ peccatorum. Similiter poſtquam cœnauit, accipiens calicem, ac permiſcens vino & aqua, & aſpiciens in cælum, ac oſtendens tibi Deo & patri, gratias agens, ſanctificans, benedicens, implens Spiritu ſancto *dedit nobis diſcipulis ſuis*, dicẽs: Bibite ex hoc omnes: Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamẽti, qui pro vobis & multis effunditur,

In liturgia ſua.

Sacerdos ſacrificat.

ditur, & datur in remiſsionem peccatorum.

Memores igitur & nos peccatores paſsionum eius viuificarum, crucis ſalutaris, ac mortis, ſepulchri & reſurrectionis à mortuis die tertio, &c. *offerimus tibi Domine hoc ſacrificium* verendum & incruentum, orantes, ne ſecundũ peccata noſtra nobiſcũ agas.

Memento domine & *Diaconorum* circumſtantium ſanctum altare tuum, ac largire eis vitam inculpatam, eorũ miniſterium ſine macula conſerua.

Sanctus Andreas Apoſtolus.

S. Andreas quotidiè ſacrificat.

Omnipotenti Deo (qui viuus & verus eſt) ego omni die *ſacrifico*, nõ thuris fumum, nec taurorum mugientium carnes, nec hircorum ſanguinem, ſed immaculatum agnum *quotidie in altari crucis ſacrifico*, cuius carnes poſteaquam omnis populus credentium manducauerit, & eius ſanguinem

Digitized by Google

guinem biberit,agnus qui ſacrificatus eſt, integer perſeuerat & viuus, & cum verè ſacrificatus ſit,& verè carnes eius manducatæ ſint à populo,& verè ſanguis eius ſit bibitus,tamen (vt dixi) integer permanet, & immaculatus & viuus.

Sanctus Martialis Chriſti Ieſu diſcipulus.

Sacrificium Deo creatori offertur in ara,non homini, neque Angelo. Nec ſolũ in ara ſanctificata,ſed vbique offertur Deo *oblatio munda*, ſicut teſtatus eſt,cuius corpus & ſanguinem in vitam æternam offerimus. Epiſt.ad Burdegalēſes cap.3.

Honorabatis ſacerdotes,qui vos ſuis ſacrificijs decipiebant, ergo multo magis *ſacerdotes Dei* omnipotentis, qui vitam vobis tribuunt in calice & viuo pane. Idem eadē Epiſto.

Illi ergo (Stephano quem conſtituerat ipſis Epiſcopum) obedire debetis in omnibus,quia *Princeps* à Deo Idē in Epiſtol.ad Tolosan.

Deo vobis conſtitutus eſt: à quo omnis *poteſtas & paternitas* in cælis & in terra origine ac fortitudine ſumpſit.

D. Abdias Babylonia Epiſcopus, qui Chriſtum humana in carne vidit.

In hiſtoria certaminis Apoſtoliti lib. 10.

Ipſe verò Apoſtolus (Philippus) *ordinatis presbyteris & diaconibus, ordinato etiā Epiſcopo*, & Eccleſijs multis conſtructis, per reuelationem in Aſiam reuerſus eſt.

Idem li. 7. eiuſdē hiſtoriæ.

Sedit autem in Eccleſia illa (Reſurrectionis) Matthæus annis 23. *& conſtituit Presbyteros, ac Diaconos*, & per ciuitates & caſtella *ordinauit Epiſcopos*, & multas conſtruxit per loca diuerſa Eccleſias.

Idem li. 6. hiſtoriæ.

Habebant autem (S. Simon & Iudas) ſecum diſcipulos multos, ex *quibus ordinabant* per ciuitates *Presbyteros & Diaconos, & Clericos*, & Eccleſias multas conſtituebant.

In hiſtoria S. Marci Euangeliſtę

B. autem *Marcus* agnoſcens eorum conſilia *Anizanum ibidem ordinauit Epiſcopum, & tres presbyteros, id eſt*, Melium,

lium, Sabinum & Cerdonem, & *ſeptem Diaconos*, & alios vndecim ad Eccleſiaſticum miniſterium pertinẽtes.

S. Macellus martyr, vixit an. 70.

Veniens ad eam (ſanctam Petronillam) ſanctus *Nicomedes presbyter*, celebrauit myſteria Chriſti. Virgo autem ſanctiſsima mox vt corporis Chriſti ſacramentum accepit, reclinans ſe in lectulo emiſit ſpiritum, In vita S. Petronillę.

S. Ignatius vixit Anno 99.

Non licet ſine *Epiſcopo offerre*, neque ſacrificium immolare, neque miſſas facere, ſed ſi ei viſum fuerit, ſecundum beneplacitum Dei, tunc demum tutum & firmum erit. De ſacrificio miſſę ad Smyrn.

Sine *Epiſcopis nihil agas. Sacerdotes enim ſunt*, tu verò miniſter ſacerdotum. Illi enim baptizant, ſacerdotium agunt, ordinant, manus imponunt. Tu verò eis miniſtras ſicut D. Stephanus Iacobo & reliquis Apoſtolis in Hieroſolymis. In Epiſt. ad Heron.

Sacer-

ad Smyrn. *Sacerdotium* eſt omnium humanorum bonorum excellentiſs. in quod qui furioſo inſurgit contẽptu, non hominem afficit ignominia, ſed Deum & Chriſtum Ieſum primogenitum, & vnicum natura patris pontificem.

ad Magneſian. Moneo vt vnanimes in Deo omnia facere feſtinetis aſsidente *Epiſcopo in loco Dei*, & presbyteris in loco cõſiſtorij Apoſtolorum, & *Diaconis dulciſsimis* mihi, quibus creditum eſt miniſterium Ieſu Chriſti.

An Trallianos. *Presbyteris* ſubditi eſtote, ſicut Apoſtolis Ieſu Chriſti, &c. Sine ipſis enim Eccleſia non eſt, neque collectio ſanctorum, neque congregatio ſancta.

Metaphraſtes in vita S. Ignatij.

Ignatius *Sacerdos eligitur* communi ſententia omnium ſimul Apoſtolorũ, & Antiochenus creatur Epiſcopus.

Idem. Quid mea refert (dicit Ignatius

ad

ad Traianum) à te Iouis conſtitui Pontificem, qui ſum *Chriſti ſacerdos*, & ei quotidie ſacrifico.

S. Polycarpus vixit Anno 141.

Subiecti eſtote *presbyteris & Diaconis*, ſicut Deo & Chriſto. Epiſt. ad Philip.

D. Clemens Petri auditor, cuius Apoſtolus Paulus ad Philippenſes meminit. Anno Chriſti 68.

Memores igitur paſsionis eius & mortis, *offerimus* tibi regi & Deo, *ſecundum ordinationem ipſius*, panem hunc & calicem hunc, gratias tibi agentes, & quod nos dignos feciſti aſsiſtere in conſpectu tuo, & *fungere ſacerdotio tibi*. In miſſa ſua.

Cunctorum *Sacerdotũ* vitam ſuperiorem ſanctioremq; ac diſcretã à ſecularibus & *laicis* hominibus eſſe, & Spirituales quoſque ac *ſacerdotes* ſuper carnales ac laicos ſemper cõſtituendos docebat (Petrus,) quoniã pro minimo nobis eſſe debet, vt à talibus arguamur, & iudicemur, vel ab Idem in Epiſto. prima ad fratrem domini.

ab alio humano die.

Idem in ſecunda Ep. ad fratrem Domini. Tribus gradibus commiſſa ſunt Sacramenta diuinorum ſecretorum, id eſt, *presbytero, diacono, & miniſtro.*

Ex Canonibus Apoſtolicis.

1.Can. *Epiſcopus à duobus aut tribus Epiſcopis ordinetur.*

2. Presbyter ab *vno Epiſcopo ordinetur*, & Diaconus, & reliqui Clerici.

30. Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, deijciatur & ipſe & ordinator eius, & à communione modis omnibus abſcindatur, ſicut Simon Magus à Petro.

31. Si quis *Epiſcopus* ſecularibus poteſtatibus vſus, Eccleſiam per ipſos obtineat, deponatur, & ſegregētur omnes qui illi communicant.

Ex conſtitutionibus SS. Apoſtolorum.

Lib.3.ca.6. Non permittimus *mulieres in Eccleſia docere*, ſed tantum orare, & magiſtros audire. Nam Magiſter ipſe & Domi-

Dominus Ieſus Chriſtus cum nos duodecim ad docendum populum, genteſq; miſiſſet, nuſquam mulieres miſit ad prædicationem, quanquam non deerant. Erat enim nobiſcũ mater Domini, & ſorores eius, prçterea Maria Magdalena, & Maria Iacobi & Martha & Maria ſorores Lazari, & Solome, & quædam aliæ. Nam ſi neceſſe fuiſſet mulieres docere, ipſe primus ijs quoq; præcepiſſet, vt vnà nobiſcum populum inſtituerent. Si enim caput mulieris vir eſt, non eſt æquum vt reliquum corpus capiti imperet.

Mulierib. non permittitur prædicare.

Sed neq; *laicos concedimus aliquod ſacerdotale* munus exercere, veluti ſacrificium, baptiſmũ, manus impoſitionẽ, vel benedictionem magnam, ſiue paruam. Non enim ſibi quis ſumit honorem, ſed qui vocatur à Deo. Nam *per Epiſcopi manus datur hæc dignitas*. Qui verò ad eam promotus non eſt, ſed eam ſibi vſurpat, Oziæ

Eodem li. cap. 10. Laicis non conceditur Sacerdotale munus exercere

Oziæ pœnam ſuſtinebit.

Ibidem capit. 11.

Sed neque reliquos *Clericos baptizare permittimus*, veluti *lectores, cantores, oſtiarios, miniſtros: ſed ſolos Epiſcopos & presbyteros, miniſtrantibus illis Diaconis*. Qui hoc auſi fuerint, Coritarum ſupplicium patientur. Non concedimus autem *Presbyteros ordinare Diaconos*, Diaconiſſas, lectores, miniſtros, cantores, oſtiarios, ſed ſolos Epiſcopos: is eſt enim ordo & harmonia Eccleſiaſtica.

Ordo Eccleſiaſticus.

Ibidem cap. 20.

Epiſcopum mandamus *ordinari à tribus Epiſcopis*, vel ad minus à duobus: non licere autem ab vno vobis conſtitui: nam duorum vel trium teſtimonium firmius tutiusq́; exiſtit. *Presbyterum & Diaconum, & reliquorum* clerum ab vno Epiſcopo. Nec Presbyterum neque Diaconum iubemus ordinare ex laicis clericos, ſed presbyterum tantum docere, offerre, baptizare, benedicere populo: *Diaconum miniſtrare Epiſcopo & presbyteris*,

Digitized by Google

byteris hoc eſt, diaconatum exercere, non tamen reliqua peragere.

D. Dionyſius Areopag. vixit an. 66.

Reuerenter ſimul & *ex pontificali* Eccl.Hier.
officio poſt ſacras diuinorum operũ Cap.3.
laudes, quod hoſtiam ſalutarẽ, (quæ ſupra ipſum eſt) licet ſe excuſat, ad ipſum primo decenter exclamans, Tu dixiſti, *Hoc facite in meam commemorationem.*

IDEM.

Ita noſtra ſacra perfunctio dum Ibidem.
ordinibus diuinitus traditis aptius cap.6.
congruit, hierarchijs cęleſtibus ſimilis eſt, ipſius (quantum viris fas eſt) ad Dei imitationem effictos diuinosq; *characteres* ſeruans.

IDEM.

Porrò *pontificalis ordinis* virtus Cap.5.
(ἡ γὰρ τῆς ἱεραρχικῆς τάξεως δύναμις) in ſacris omnibus diſtinctionibus capitur, & per omnes ſacros ordines operatur, propriæ hierarchiæ myſteria, præcipuè verò illi præter ordi-

nes cæteros, in ſui miniſterium diuina lex (θεσμὸς) officia ſacratiora diſtribuit. Iſtæ quidem ſunt perficientes diuinæ virtutis imagines, quibus & ſacratiſsima ſigna omnia, & ſanctæ omnes diſtinctiones conſummantur. Etſi enim *à ſacerdotibus quædam* perficiuntur venerabilia ſigna (τινὰ τῶν σεβασμίων συμβόλων) nunquam tamen diuinam regenerationem ſine ſacratiſsimo conſummabit vnguento: *neque ſacroſanctæ communionis Sacramenta perficiet, niſi ſignis tanti myſterij altaribus venerandis impoſitis. Neq; ipſe quidem ſacerdos erit, niſi pontificalibus officijs ad hoc fuerit promotus*. Quocirca diuina lex (θεσμοθεσία) pontificalium ordinationum ſanctimoniam & diuini confectionem vnguenti, ſacramq; altaris conſecrationem, *reuerendiſsimorum pontificum officijs atq; virtutibus, æterna ſorte diſtribuit*. Eſt igitur pontificalis ordo, qui conſummanti virtute

Nemo erit Sacerdos, niſi pontificalibus officijs erit promotus.

tute

tute ſuffultus, perficientia quæque hierarchiæ præcipuo & proprio peragit munere, ſacramentorumq; diſciplinas exponendo tradit, edocetq; pro ratione conſtantes & ſacros ipſorum ordines atq; virtutes. *Sacerdotum* (τῶν ἱερέων) *verò illuminans ordo*, ad contuenda ſacra myſteria eos, qui initiantur, adducit, ſub ſanctorũ tamen pontificum (ἱεραρχῶν) ordine, cum quibus propria officia peragit. At *verò miniſtrorum* (τῶν λειτουργῶν) *ordo eſt*, qui purgandi & diſsimilia diſcernendi vim habens, priuſquam accedatur ad ſacra ſacerdotũ myſteria, accedentes purgat, ſinceros omnium aduerſariorũ admixtione ac puros efficiens, atq; ad ſacra contuẽda, & ſumenda, pro viribus idoneos.

Et tandem ita concludit.

Oſtenſum eſt igitur *antiſtitum*, (τῶν ἱεραρχῶν) *ordinem perficientem eſſe*, & perfectionis authorem. *Sacer-*

dotum, (τῶν ἱερέων) autem illuminantem atque ad lucem promouentem. Porrò *miniſtrorum* (τῶν λειτουργῶν) purgantem atque diſcernentem.

IDEM.

Cap. 1. Illud neceſſario dicendum, quod & cæleſtis illa, & omnis (quam modò laudare pergimus) functio, vnam habet & eandem per omne ſui officij munus intentionem atque vim, vt ſcilicet & ipſe *pontifex pro ſua ratione* ſubſtantiæ & captus atque ordinis, *diuinis in rebus perficiatur, atque in Deitatis conſortium* tranſeat.

Ibidem. cap. 5. Præſul vbi ſacrandus effertur, vtroque genu poſito ante altare ſupra caput habet à Deo tradita Euangelia, *manumq́ Pontificis*: atque hoc mo-

Epiſcopi cōſecratio. do à conſecrante Pontifice certiſsimis imprecationibus conſecratur. At verò miniſter altero tantum corā ſanctis altaribus poſito genu, ſacrandis ſe pontificis dextram in capite præfert, atque ab eo perficitur preciatio-

cationibus ad eam rem accommodatis. Cuilibet autem ipſorum à benedicente Pontifice crucis imprimitur ſignũ, & per ſingulos ſacra prædicatio nominis conſumansq; conſultatio fit, cunctis ſacri ordinis viris, ipſoq; ſacratore Pontifice eum ſalutantibus, qui ad aliquem ſacrorũ (quos diximus) ordinum ea fuerit conſecratione promotus.

Iuxta eundem Synaxis modum, *eorum qui nec dum initiati ſunt, abſoluantur ordines*, vbi ſcilicet præceſsit Pontificis circum omnem phani ambitum redolens thure profectio, pſalmorumque modulatio, & lectio diuinarum ſcripturarum. Sumptum deinde vnguentum Pontifex ſacris imponit altaribus duodecim ſacris alis circumtectum: reſonantibus omnibus voce ſanctiſsima ſacrum melos, quod diuinitus afflati prophetæ didicerunt. Completaq; oratione ſuper ea ſolenni, ſanctiſsimis eorum Ibidem. cap. eod.

 qui

Sacerdotes vnguntur.

qui ſacrantur conſummationibus eo vtitur ab omnem *fermè ſacerdotalis officij functionem.*

Vnde vt opinor iuxta ſacratiorem ſenſum traditione diuina *ſancti noſtræ ſacerdotalis functionis duces:* honeſtiſsimum iſtud vnguenti conſecrandi munus τελέτην ab effectu rei, quæ in eo perficitur, nominant.

Ad Demophilū monachum. Epſt.8.

Nunc ergo quid ipſi ſentiamus, attende. Nefas eſt, *ſacerdotem à miniſtris* (qui te ſuperiores ſunt) atque à tui ordinis viris iudicari, etiamſi impius indiuina eſſe videatur, etiamſi aliquid aliud ex ijs quæ interdicta ſunt, egiſſe deprehenditur. Nam ſi

Ordo ſeruandus.

diſtinctiones *ordinesq́ confundere, ſacratiſsimas Dei ſanctiones & iura tranſgredi eſt,* omni profectò ratione caret, Dei cauſa peruertere traditũ diuinitus ordinẽ: neq; enim in ſe ipſum Dei ſermo diuiſus eſt, alioquin quomodo ipſius ſtaret regnum? Et ſi Dei eſt iudiciũ, vt ſacra eloquia teſtãtur, *ſacer-*

ſacerdotes autem angeli ſunt diuinorum iudiciorum continuo, poſt pontificem, magiſtri: ab ipſis tu diuina congruè ac ſuo ordine per medios miniſtros, quum tempeſtiuum fuerit, diſce, per quos etiam cultor eſſe meruiſti. An verò non hoc ipſum ſacra ſigna proclamant? neque enim ſancta ſanctorum ſimpliciter omnibus ſunt inacceſſa, verùm his appropinquat magis pontificum ſacra diſtinctio, deinde *ſacerdotum ordo*, quos deinceps & miniſtrorum ſequitur gradus. Tres docet Eccleſiaſticorum ordines eſſe.

D. Anacletus moritur Anno 118.

Epiſcopi quando Domino *ſacrificant*, non ſoli hoc agere debent, ſed teſtes ſecum adhibeant, vt domino perfectè in ſacris Deo locis ſacrificare probentur, iuxta illud Deuteron. 12. Vide ne offeras holocauſta in omni loco quem videris, ſed in loco quem elegit Dominus Deus tuus. Epiſt. 1.

Ibidem. Porrò & Hieroſolymis *primus Epiſcopus* Iacobus, qui Iuſtus dicebatur, & ſecundum carnem Domini nuncupatus eſt frater; à Petro, Iacobo & Iohanne eſt ordinatus: Succeſſoribus videlicet dantibus formã eorum, vt non minus quàm *à tribus Epiſcopis*, reliquisq; omnibus aſſenſum prębentibus *Epiſcopus ordinetur*, & communi voto ordinatio celebretur.

Ibidem. Cum nongentos annos & amplius, ab Adam vſque ad Abram homines vixiſſe legerimus, nullus alius prius appellatus *eſt Presbyter*, id eſt ſenior, niſi Abraham, qui multo paucioribus vixiſſe annis conuincitur. Non ergo propter decrepitam ſenectutem, ſed propter ſapiẽtiam Preſbyteri nominantur.

Cur presbyteri nominentur.

Ibidem. Reliqui *Sacerdotes* à proprio *ordinentur Epiſcopo*, ita vt ciues & alij aſſenſum præbeant, & ieiunantes *ordinationem celebrent*. Similiter & Diaco-

Diaconi ordinentur.

Audimus fratres quod quidam detrahunt & accuſant *ſacerdotes*, non intelligentes forſitan, quod *iniuria Sacerdotum pertinet ad Chriſtum, cuius vice* funguntur. Ibidem.

S. Euariſtus. Anno 96.

Diaconi(qui quaſi oculi videntur eſſe Epiſcopi)in vnaquaque ciuitate iuxta Apoſtolorum conſtituta, ſeptem debent eſſe, qui cuſtodiant *Epiſcopum* prędicantem, ne aut ipſe ab inſidiatoribus quoquo modo infeſtetur, aut lædatur à ſuis. Epiſt. 1.

Scimus ſicut à patribus accepimus, Chriſtum eſſe caput, cuius & membra ſumus. Ipſe enim & ſponſus & Eccleſia ſponſa, cuius filij nos ſumus. Et ideo vnum patrem habemus Deum in cælis. *Sacerdotes verò vice Chriſti legatione funguntur in Eccleſia.* Et ſicut ei ſua coniuncta eſt ſponſa, id eſt Eccleſia: ſic *Epiſcopi* iunguntur vnicuique Eccleſiæ pro Epiſt. 2.

Eccleſia e piſcopo o bediat. portione ſua. Et Eccleſia *Epiſcopo* in omnibus obedire debet. *Sacerdotes* exquirere debent peccata populorũ. Vnde ſi qui ſunt vituperatores, vel accuſatores Epiſcoporum, vel reliquorum ſacerdotum, non oportet eos à iudicibus Eccleſiæ audiri, antequàm eorum diſcutiatur æſtimationis ſuſpicio vel opinio: qua occaſione iſta ſumpſerunt, nec ne.

Epi.3. *S. Alexander martyr, vixit an. 120.*

Alexander Epiſcopus, omnibus *diuino ſacerdotio* fungentibus pax & miſericordia multiplicetur, & ſapiẽtia atque bona voluntas in omnibus augeatur & fructificetur in Domino.

Epi.1. Has conſiderantes pietates, & pericula vitantes animarum, vnà cum

Contra illos qui perſequuntur ſacerdotes. omnibus *Domini ſacerdotibus*, qui nobiſcum in hanc ſacram conuenerunt vrbem, & cum omnibus huius capitis membris, ſicut à beatis Apoſtolis, & à reliquis ſanctis patribus, & à ſuc

ceſſori-

ceſſoribus eorum accepimus, ſtatuentes decernimus, omnes qui *ſanctos patres* perſequuntur, aut amouere vel dilacerare manifeſtè nituntur, infames eſſe, & alienos à liminib. Eccl.

Qui ſacrilega perſequuntur perſuaſione, & lacerare nituntur *Epiſcopos, vel eos qui domino rectè ſacrificant*, indubitanter eum perſequuntur & dilaniant, cuius vice funguntur. Ibidem.

Qui vos perſequitur, ipſum *cuius legatione* fungimini perſequitur, quia ſicut ipſe filius Dei mediator fuit Dei & hominum, ita & *vos eius vice in Eccleſia eſtis* cõſtituti, vt inter Deum & homines legatione fungamini. Epiſt.2.

IDEM.

His ergo & alijs inſtructi documentis, vota ſingulorum *Domini ſacerdotes* reſpicite, & in virtute ſpiritus ſancti diuinis precibus, per *miniſteriũ vobis diuinitus* collatũ perficere certate. Epiſt.1.

IDEM.

Epiſt. 2. Diabolus non ceſſat circuire & quærere, quos ex fidelibus perdat, & maximè illos, quos ardentiores in ſeruitio ſaluatores, eiq; familiariores inuenerit. Familiariores dico eos quos ſibi ſacrari, & *in ordine Apoſtolatus* conſtitui voluit. Ipſi enim pro populo interpellant, & peccata populi comedunt, quia ſuis precibus & oblationibus ea delent atque conſumunt: qui quantò digniores fuerint, tantò facilius pro neceſsitatibus quibus clamant, exaudiuntur. Multũ enim, vt ait beatus Apoſtolus Iacobus, valet deprecatio iuſti aſsidua: qui enim vos perſequitur, ipſum cuius *vice legatione fungimini*, perſequitur. Quia ſicut ipſe filius Dei mediator fuit Dei & hominũ, ita & vos *eius vice, in Eccleſia eſtis cõſtituti*, vt inter Deum & homines legatio..e fungimini.

Expreſſe diſtinguũtur ſacerdotes à reliquo populo.

IDEM.

Ibidem. Vos ergo qui in ſumma *ſpecula à*

Domi-

Domino conſtituti eſtis, attendere eos & opprimere oportet, qui inter fratres ſeditiones & ſcandala excitant, ne ſimul cum eis pereatis.

S. Zepherinus.

Ordinationes Presbyterorum, & Leuitarum, tempore congruo, & multis coram aſtantibus, ſolenniter agite & probabiles & doctos viros ad hoc opus prouehite, vt de eorũ ſocietate & adiumento plurimum gaudeatis. Epiſt. 2.

IDEM.

Iuſto iudicio Dei plerunque datur peccatoribus poteſtas, qua ſanctos ipſius perſequantur, vt qui ſpiritu Dei iuuantur & aguntur, fiant per laborum exercitia clariores, ipſis tamen qui eos perſequuntur atq; detrahunt, erit procul dubio, vę væ vę illis qui detrahunt *ſeruis Dei*, quia detractio eorum ad eum pertinet, cuius *miniſterium* agunt ac vice funguntur. In Epiſt. de patientia catholica.

S. Pius. vixit Anno 147.

Digitized by Google

Epiſt.2. Eccleſia Domini *in ſacerdotibus conſiſtit*, & creſcit in templum Dei.

IDEM.

Ibidem. Sicut qui Eccleſiam Dei vaſtat, & eius prædia & donaria expoliat & inuadit, fit ſacrilegus: ſic & ille, qui *eius ſacerdotes inſequitur*, ſacrilegij reus exiſtit, & ſacrilegus iudicatur.

IDEM.

Ibidem. Si quis *Sacerdotum* vel reliquorum clericorum, *ſuo Epiſcopo* inobediens fuerit, aut inſidias ei parauerit, aut contumeliá, aut calumniá, aut conuinci potuerit, mox curiæ tradatur.

S. Irenæus, Anno 184.

Aduerſus hæreſes, li. 4. cap. 32. Sed & ſuis diſcipulis (Chriſtus) dans conſilium primitias Deo offerre ex ſuis creaturis, non quaſi indigenti, ſed vt ipſi fructuoſi nec ingrati ſint, eũ qui ex creatura panis eſt, accepit, & gratias egit, dicens, Hoc eſt corpus meum. Et calicem ſimiliter, qui eſt ex ea creatura, quæ eſt ſecundum nos, ſuum ſanguinẽ confeſſus eſt,

eſt,& noui Teſtamenti *nouā docuit oblationem*, quam Eccleſia ab *Apoſto-lis accipiens in vniuerſo mundo offert* Deo, ei qui alimenta nobis pręſtat, de quo in duodecim Prophetis Malachias ſic ait: Non eſt mihi volūtas in vobis, dicit Dominus omnipotēs, & ſacrificiū non accipiam de manibus veſtris. Quoniā ab ortu ſolis vſq; ad occaſum, nomen meum glorificatur inter gentes, & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & *ſacrificium purum*. Chriſtus docuit nouam oblationem.

IDEM.

Sacerdotes ſunt omnes Apoſtoli Domini, qui neq; agros, neq; domos hæreditant hic, ſed ſemper altari & Deo ſeruiunt, Lib. 4. adu. hær. ca. 20.

IDEM.

Quapropter eis qui in Eccleſia ſunt *Presbyteris* obedire oportet, his *qui ſucceſſionem habēt ab Apoſtolis*, qui cum *Epiſcopatus ſucceſſione chariſſima veritatis certum*, ſecundum placitum patris acceperunt. Reliquos verò qui Ibidem ca. 43.

abſiſtunt

Nota contra hæreticos noſtri temporis.

abſiſtunt à principali ſucceſsione, & quocunque loco colliguntur, ſuſpectos habere vel quaſi hæreticos, & malæ ſententiæ, vel quaſi ſcindentes & elatos, & ſibi placentes, aut rurſus vt hypocritas, quæſtus gratiam & vanæ gloriæ hoc operantes. Omnes autem hi decidunt à veritate.

S. Teleſphorus, vixit Anno 134.

In epiſtola ſua.

Ipſi (ſacerdotes) qui *proprio ore corpus domini conficiunt*, ab omnibus ſunt audiendi, obediendi, atque timendi, & non dilacerandi aut detrahendi: quia à quibus ſe domini populus benedici, ſaluari, & inſtrui cupit, nullatenus debet eos arguere, nec vulgus in eorum accuſatione ſuſcipi. Populus enim ab eis docendus eſt, & corripiendus, non ipſi ab eo, quia non eſt diſcipulus ſuper Magiſtrum

IDEM.

Ibidem.

Dei accuſat ordinationem, qui eos, qui ab eo conſtituuntur, *ſacerdotes*

tes accuſat, vel damnari cupit. Et non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus, rei ſunt.

S. Anicetus. Anno 142.

Si Archiepiſcopus diem obierit, & alter ordinandus Archiepiſcopus electus fuerit, omnes *eiuſdem prouinciæ Epiſcopi ad ſedem Metropoleos conueniant*, vt ab omnibus ipſe ordinetur. Oportet autem vt ipſe, qui illis omnibus præeſſe debet, ab *omnibus illis eligatur & ordinetur.* In epiſt. ſua

IDEM.

Prohibete fratres per vniuerſas regionum veſtrarum Eccleſias, *vt clerici qui laicis & ſimplicibus* virtutis, honeſtatis, pudicitiæ & grauitatis exemplar eſſe debent, ac ſe ipſos, tanquam ſignum purioris vitæ, rudioribus ad imitationem prudenter exhibere, iuxta Apoſtolum, *comam non nutriant*, ſed deſuper caput in modũ ſphęrę radant, quia ſicut diſcreti debent eſſe in conuerſatione, ita & in Clerici ſint laicis exemplar virtutis.

tonſu-

tonſura, & omni habitu diſ
bent apparere.

S. Egeſippus, fuit Anno

In 4. lib. commentariorum. Et permanſit Eccleſia Co rum in prædicatione recta primũ *Epiſcopum*, quem Ro uigans vidi, & reſedi cum Corinthũ diebus multis, d puritate fidei eius. Cum au ſem Romã, permanſi inibi, niceto Soter, & Soteri ſucc therus. Sed in omnibus iſtis *nibus*, vel in cęteris quas pe vrbes viderã, ita omnia hal ſicut *lex antiquitus tradidit*, tę indicauerunt, & Dominu

In dialogo cum Tryphone.

S. Iuſtinus. Anno 131.

Deus ait: In omni loco in hoſtias acceptas gratasq́; i Neq; verò à quoquã *hoſtia cipit, niſi à ſuis ſacerdotibus*, ἱερέων αὐτοῦ. Itaque omnia quæ ſuo nomine faciẽda l ſtus tradidit, id eſt, in *Ecub*

Externum ſacrificium commẽdatur.

niũ & poculi, quę in omni loco à Chriſtianis fiunt, præoccupatione vſus Deus, ſibi grata eſſe teſtatur.

S. Vrbanus. vixit anno 223.

Quod autẽ ſedes in Epiſcoporũ Eccleſijs excelſæ conſtitutæ & præparatæ inueniuntur in throno, ſpeculationem & *poteſtatem iudicandi* & ſoluendi atq; ligandi à domino ſibi datam, materiẽ docent. Vnde ipſe ſaluator in Euangelio ait: Quæcunq; ligaueritis ſuper terrã, erunt ligata & in cælo. Et alibi: Accipite ſpiritũ ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorũ retinueritis, retenta erunt. Ideo iſta prætulimus chariſsimi, vt intelligatis *poteſtatem Epiſcoporũ veſtrorum*, in eisq; Dominum veneremini, & eos vt animas veſtras diligatis, & quibus illi *non cõmunicant, non communicetis*, & quos eiecerint, non recipiatis.

In epiſt. de rerum communione.

Epiſcoporum poteſtas.

Anterus, vixit anno 236.

Nam ſicut Epiſcopi habent *poteſtatẽ ordina-*

In epiſt. de translatione epiſcoporum.

ordinare regulariter Epiſcopos,
quos ſacerdotes, ſic quoties
aut neceſsitas expoſcerit
dicto modo & mutare & int
re poteſtatem habent.

IDEM.

Ibidem. Abſit vt quicquam ſiniſtr
loquar, qui *Apoſtolico gradu ſ*
tes, Chriſti corpus ſacro ore co
per quos nos etiam Chriſt
mus, qui claues regni cælo
bentes, ante iudicij Deum i
Veteri quidem lege habetur
que ſacerdotibus nō obtem
aut extra caſtra poſitus, lapi
à populo, aut gladio ceruic
cta contentum expiabant c
Nunc verò *inobediens ſpirit*
maduerſione truncatur, aut e
Eccleſia rabido dæmonum
cerpitur. Oportet enim vt
hæreditate poſsident, abſq
impedimento ſeculi Deo ſ
vt dicere poſsint: Domin

Google

hæreditatis meæ.

Origenes. vixit Anno 231.

Requiritur (inquit) *in ordinando ſacerdote* & præſentia populi, & ſciant omnes & certi ſint, quia qui præſtantior eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, *ille eligitur ad ſacerdotium*, & hoc aſtante populo, nequà poſtmodum retractio cuiquam, ne quis ſcrupulus reſideret. Hoc eſt autem quod & Apoſtolus præcipit in *ordinatione ſacerdotis*, dicens: Oportet autem illum & teſtimonium habere bonum ab his qui foris ſunt.

Super Leuiticū ho. 6.

Cur præſente populo fieri debeat ordinatio.

Tertulianus. vixit Anno 210.

Ipſæ mulieres hæreticæ quàm procaces, quæ audeant docere, contendere, exorciſmos facere, curationes repromittere, forſitan & tingere. *Ordinationes eorū temerariæ, leues, inconſtantes*: nunc neophytos conlocant, nunc *ſeculo obſtrictos, nunc Apoſtatas noſtros*, vt gloria eos obligent, quia

In præſcriptionibus aduerſus hæreticos.

Nota cōtra prophanas hæreticorū vocationes

Digitized by Google

quia veritate non poſſunt. Nuſquam facilius proficitur, quàm in caſtris rebellium, vbi ipſum eſſe illic, promereri eſt. *Itaq; alius hodie Epiſcopus, cras alius: hodie Diaconus*, qui cras lector: hodie presbyter, *qui cras laicus. Nam & laicis ſacerdotalia munera* iniungunt.

IDEM.

De virgi. velandis.

Videamus nunc, an ſicut naturæ & cauſæ argumenta virgini quoque competere monſtrauimus: ita etiam diſciplinæ Eccleſiaſticæ præſcripta de muliere in virginē ſpectant. Non *permittitur mulieri in Eccleſia loqui, ſed nec docere, nec tingere, noc offerre, nec vllius virilis muneris, ne duo ſacerdotalis officij ſortem ſibi vendicarent*. Quæramus, an aliquid horū virgini liceat: ſi virgini licet, ſed in omnibus eadem conditione ſubijcitur, & neceſsitas humilitatis cum muliere cenſetur. Vnde illi vnū hoc licebit, quod omni fœminæ non licet? Quid prærogatiuæ

Mulier Eccleſiaſtica non perficiat officia

gatiuæ meretur aduerſus conditionem ſuam, ſi qua virgo eſt, & carnē ſuam ſanctificare propoſuit.

S. Hyppolitus Epiſcopus & martyr, vixit Anno. 220.

Venite *Pontifices*, qui purè mihi *ſacrificium* die noctuq; obtuliſtis, ac precioſum corpus & ſanguinem meum immolaſtis quotidie. In oratione de Antichriſto.

S. Pontianus Anno. 231.

De *ſacerdotibus verò Domini*, quos vos audiuimus contra prauorum hominum inſidias adiuuare, eorumq; cauſas portare: ſcitote vos in eo valde Deo placere, qui *ſibi eos ad ſeruiendum aſciuit*, & familiares in tantum ſibi eſſe voluit: vt etiam aliorum hoſtias per eos acceptaret, atque eorū peccata donaret, ſibiq; recōciliaret. Ipſi *quoque proprio ore corpus Domini conficiunt, & populis* tradunt. Epi. ad Felicem Succribonem.

Fabianus Anno 237.

Deus, frater, ad hoc præordinauit vos, vt omnes qui ſummo *ſacerdotio* fungun- Epiſt. 2. ad Epiſcopos orientales.

ſunguntur, iniuſtitias rem
præſumptiones abſcinda
cerdotio laborantibus ſucc
ei qui opprobrium patitu
rium feratis. Illum verò
niam vel opprobrium fac
datis, & *Domino in ſuis*
opem feratis *Sacerdotes q*
nus ſibi elegit, vt ſacrificent
rant oblationes Domin
quoque ſub eis eſſe iuſsit
rijs eorum.

IDEM.

Epiſt. 1. Septem Diaconos in
ma, per ſeptem regiones
cut à patribus accepimus
qui per ſingulas hebdom
minicos dies: atque feſti
lennia, *cùm ſubdiaconibus*
& ſequacium, ordinum m
iuncta ſibi obſeruant m
parati omni hora ſunt a
officium, & quicquid eis
peragendum. Similite

prout oportunum fuerit per ſingulas ciuitates eſt faciendum: vt diuinum abſq; vlla mora & negligentia ſtudioſè ac ſolenniter agatur officium

Cyprianus vixit anno 247.

Pleb: obſequens pręceptis Dominicis & Deum metuens, à peccatore præpoſito ſeparare ſe debet, nec ſe ad ſacrilegi Sacerdotis ſacrificia miſcere, cùm *ipſa maximè habeat poteſtatẽ vel eligendi dignos ſacerdotes*, vel indignos recuſandi. Quod & ipſum videmus de diuina authoritate deſcẽdere, vt *ſacerdos plebe præſente,* ſub omnium oculis deligatur et dignus atq; idoneus publico iudicio ac teſtimonio comprobetur, ſicut in Numeris Moyſi præcepit Dominus, dicens: Prehende Aaron fratrem tuum, & Eleazarum filium eius, & impones eos in montẽ coram omni ſynagoga, & exue Aaron ſtolam eius, & indue Eleazarum filium eius &, Aaron *Lib. 1. Epi. 4.*

appoſitus moriatur illic. C
ni ſynagoga iubet Deus co
cerdotem, id eſt, inſtruit
Cur plebe præſente fieri debeat ordinatio.
dit *ordinationes ſacerdotale*
ſub populi aßiſtentis conſcient
portere, vt plebe præſente
gâtur malorum crimina, v
rum merita prædicentur, &
natio iuſta & legitima, qu
ſuffragio & iudicio fuerit
ta, quod poſtea ſecundũ d
giſteria obſeruatur in Actis
lorum, quando de ordinat
cum Iudæ *Epiſcopus Petrus* a
Act. 1.
loquitur: Surrexit inquit,
medio diſcentium, fuit aut
in vno. Nec hoc *in Epiſcopo*
& ſacerdotum, ſed in diacono
nationibus obſeruaſſe Apo
imaduertimus, de quo & ip
Apoſtolorum ſcriptum e
uocauerunt, inquit, illi du
tam plebem diſcipulorun
runt eis. Quod vtique id

diligenter & cautè conuocata plebe tota gerebatur, ne *quis ad altaris miniſterium, vel ad ſacerdotalem locũ indignus obreperet*. Ordinari enim nõnunquam indignos non ſecundum Dei voluntatem, ſed ſecundum humanam præſumptionẽ, & hæc Deo diſplicere, quæ non veniant ex legitima & iuſta ordinatione, Deus ipſe manifeſtat per Oſeam prophetã dicens: Sibimetipſi regem conſtituerunt & non per me. Propter quod diligenter de traditione diuina & Apoſtolica obſeruatione ſeruandũ eſt & tenendum, quod apud nos quoque, & ferè per prouincias vniuerſas tenetur, vt ad ordinationes ritè celebrandas, ad eam plebem, cui præpoſitus ordinatur, *Epiſcopi eiusdem prouinciæ proximi quiq; conueniant, & Epiſcopus deligatur plebe præſente*, quæ ſingulorum vitam pleniſsimè nouit, & vniuſcuiusq; actum de eius conuerſatione perſpexit. Quod & a- Oſee.8

D 2 pud

pud vos factum videmus
collegæ noſtri ordinatio
vniuerſæ fraternitatis ſu
de Epiſcoporum qui in præſ
nenerant, quiq; de eo ad
fecerant iudicio, Epiſcop
ferretur, *& manus ei in* loc
dis imponeretur.

IDEM:

Epiſt. 3. lib. 2. *In ſacerdote Melchiſedec*
dominici ſacramentum præ
videmus, ſecundum quod
diuina teſtatur & dicit: Et
dech rex ſalem protulit
vinum. Fuit autē ſacerdos
mi, & benedixit Abraham
tem Melchiſedech typum
Gene. 14. portaret, declarat Spiritus
pſalmis ex perſona patris
dicens: Ante luciferum ge
Pſal. 109. rauit Dominus & nō pœn
tu es ſacerdos in æternum
ordinem Melchiſedech. *Qu*
que hic eſt de ſacrificio illo

& inde deſcendens, quòd Melchiſedech *ſacerdos Dei ſummi fuit*, quòd panem & vinum obtulit, quòd Abraham benedixit. Nã qui magis ſacerdos Dei ſummi, quàm Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ſacrificiũ Deo patri obtulit? Et obtulit hoc idem, quod Melchiſedech obtulerat, id eſt panem & vinum, ſuum ſcilicet corpus & ſanguinem.

Sacrificiũ Melchiſedech.

IDEM.

Sed & per Salomonem Spiritus ſanctus typũ Dominici *ſacrificij* pręmonſtrauit immolatæ hoſtiæ panis & vini, *ſed & altaris & Apoſtolorum faciens* mentionẽ: Sapientia, inquit, ædificauit ſibi domum, & ſubdidit columnas ſeptem. Mactauit ſuas hoſtias, miſcuit in cratere vinum ſuũ, & parauit menſam ſuam. Et miſit ſeruos conuocans cum excelſa prædicatione ad craterem dicẽs: Qui eſt inſipiẽs declinet ad me: & indigẽtibus ſenſu dixit: Venite & edite de

Ibidẽ paulo inferiùs

Typus ſacrificii Dominici.

meis panibus, & bibite vinũ, quòd miſcui vobis.

IDEM.

Eadem Epiſtola. Si IESVS CHRISTVS Dominus & Deus noſter ipſe eſt ſummus ſacerdos Dei patris, & *ſacrificiũ* Deo patri ipſe primus obtulit, & hoc fieri in ſui commemorationem præcepit, vtiq; ille *ſacerdos vice Chriſti* verè fungitur, qui id quod Chriſtus fecit, imitatur. Et ſacrificium verum & plenum tunc offert in Eccleſia Deo patri, ſi ſic incipiat offerre, ſecundum quod ipſum Chriſtũ videat obtuliſſe.

IDEM.

Ibidem. Nam ſi *ſacerdotes Dei & Chriſti ſumus*, non inuenio quem magis ſequi, quàm Deum & Chriſtum debeamus.

IDEM.

Lib. 4. Epi. 2. Non iſte (Cornelius) ad *Epiſcopatum* ſubitò peruenit, ſed per omnia *Eccleſiaſtica officia* promotus, & in diuinis

uinis adminiſtrationibus Dominũ ſæpe promeritus, ad *ſacerdotij* ſublime faſtigium cunctis religionis gradibus aſcendit. Tum deinde Epiſcopatum ipſum nec poſtulauit, nec voluit, nec vi, vt cæteri, quos arrogantiæ & ſuperbiæ ſuæ tumor inflat, inuaſit. ſed quietus & modeſtus, & quales eſſe conſueuerunt, qui ad hunc locum diuinitùs eliguntur, pro pudore virginalis conſcientiæ ſuæ, & pro humilitate ingenitæ ſibi & cuſtoditæ verecundiæ, non vt quidam vim fecit, vt Epiſcopus fieret, ſed ipſe vim paſſus eſt, vt *Epiſcopatum coactus* exciperet. Et factus eſt *Epiſcopus à plurimis collegis noſtris, qui tunc in vrbe Roma aderant*, & qui ad nos literas honorificas & laudabiles & teſtimoniæ ſuæ prędicationis illuſtres de eius ordinatione miſerũt. Factus eſt autem Cornelius Epiſcopus de Dei & Chriſti eius iudicio, *de clericorum penè omnium teſtimonio, de plebis*

Cornelius à quibus factus Epiſcopus.

quia tunc affuit, ſuffragio, & de ſac
tum antiquorum & bonorum vir
collegio, cũ nemo ante ſe factus
cûm Fabiani locus, id eſt, cûm
Petri & gradus cathedræ ſacerd
lis vacaret, quo occupato de De
luntate atque omnium noſtrum
ſenſione firmato, quisquis *iam* E
pus ſieri voluerit, foris fiat neceſ
nec habeat Eccleſiæ ordinationem,
Eccleſiæ non tenet vnitatem,
quis ille fuerit.

IDEM.

Lib. 5. Epi. 6. Dominus noſter cuius præ
metuere et obſeruare debemus
ſcopi honorem et Eccleſiæ ſuæ r
nem diſponens, in Euangelio lo
tur et dicit Petro: Ego dico tibi
tu es Petrus, et ſuper iſtam petr
ficabo Eccleſiam meam: et port
ferorum non vincent eam. Ind
temporum et ſucceſsionum
Epiſcoporum ordinatio, & Eccleſia
decurrit, vt Eccleſia ſuper Epiſc

Eccleſiæ actus per prępoſitos gubernentur.

co

conſtituatur, et omnis actus Eccleſię per eoſdem *præpoſitos* gubernetur. Cùm hoc itaque diuina lege fundatum ſit, miros quoſdam audaci temeritate mihi ſcribere noluiſse, cum *Eccleſia in Epiſcopo & clero* & omnibus ſtantibus ſit conſtituta,

IDEM.

Hinc ſunt qui ſe vltrò apud temerarios conuenas, ſine diuina diſpoſitione præficiunt, qui ſe præpoſitos ſine *vlla ordinationis lege* conſtituunt, qui nemine *Epiſcopatum dante, Epiſcopi ſibi nomen* aſſumūt. Quos deſignat in pſalmis Spiritus ſanctus, ſedentes in peſtilētiæ cathedra, peſtes & lues fidei, ſerpentis ore fallentes, & corrumpendæ veritatis artifices, venena læ:alia linguis peſtiferis euomentes. Quorum ſermo vt cancer ſerpit, quorum tactus pectoribus & cordibus ſingulorū mortale virus infundit Contra eiuſmodi clamat Dominus, ab his refrenat & reuocat erran-

De vnitate Eccleſię..

Nota contra prædicabilia noſtræ tempeſtatis.

tem plebem ſuam, dicens: Nolite audire ſermones Pſeudoprophetarũ, quoniam viſiones cordis eorum fruſtrantur eos. Loquuntur, ſed non ab ore Domini, dicunt ijs qui abijciunt verbum Dei, pax erit vobis, & omnibus ambulātibus in voluntatibus ſuis: omni, qui ambulat in errore cordis ſui, non venient ſuper te mala. *Non loquutus ſum ad* eos, & ipſi prophetarunt.

IDEM.

Ser. de Baptiſmo Chriſti, & manifeſtatione Trinitatis.

Remiſsio peccatorũ ſiuę per Baptiſmum, ſiue per alia Sacramenta donetur, propriè Spiritus ſancti eſt, & ipſi ſoli huius efficientiæ priuilegium manet. Verborum ſolennitas & ſacri nominis inuocatio, & ſigna inſtitutionibus Apoſtolicis *ſacerdotum miniſterijs attributa*, viſibile celebrāt Sacramentũ: rem verò ipſam Spiritus ſanctus format & efficit, & *conſecrationibus viſibilibus* inuiſibiliter manum totius bonitatis author apponit,

Sacerdos miniſter eſt.

apponit, et rem Sacramenti conſummat ac perficit. Si in Petri vel Pauli nominis baptiſmi gratia donaretur, poſſet alius alio videri ſublimior, & ſecundum miniſtrorum merita hæc ſingularis gratia æſtimari, vt melior eſſet Baptiſmus eius, qui ſanctior videretur: & indignior eſſet, qui ab eo acciperetur, quem non amplior æſtimatio commendaret. Hæc et in alia Sacramenta transferretur iniuria, vt non in eis vnitas, ſed diuerſitas haberetur: ſi cenſerentur à melioribus fieri meliora, & minus haberent vtilitatis & ponderis, quę fierent ab indignis. Sic Euchariſtia vna alia melior, et baptiſmus pro miniſterio vel melior vel deterior crederetur: Abſit hoc à fide Catholica, abſit à relione Chriſtiana tantæ corruptionis fermentum. Vna nobis fides, vnus Dominus, vnum Baptiſma. Quod ſi ab *indigno* fortè fuerit *conſecratum*, non audet iuſtus iterare vel corrige-

tem plebem ſuam, dicens: Nolite audire ſermones Pſeudoprophetarũ, quoniam viſiones cordis eorum fruſtrantur eos. Loquuntur, ſed non ab ore Domini, dicunt ijs qui abijciunt verbum Dei, pax erit vobis, & omnibus ambulãtibus in voluntatibus ſuis: omni, qui ambulat in errore cordis ſui, non venient ſuper te mala. *Non loquutus ſum ad* eos, & ipſi prophetarunt.

IDEM.

Ser. de Baptiſmo Christi, & manifeſta tione Trinitatis.

Remiſsio peccatorũ ſiue per Baptiſmum, ſiue per alia Sacramenta donetur, propriè Spiritus ſancti eſt, & ipſi ſoli huius efficientiæ priuilegium manet. Verborum ſolennitas & ſacri nominis inuocatio, & ſigna inſtitutionibus Apoſtolicis *ſacerdotum miniſterijs attributa*, viſibile celebrãt Sacramentũ: rem verò ipſam Spiritus ſanctus format & efficit, & *conſecrationibus viſibilibus* inuiſibiliter manum totius bonitatis author apponit.

Sacerdos miniſter eſt.

apponit, et rem Sacramenti conſum mat ac perficit. Si in Petri vel Pauli nominis baptiſmi gratia donaretur, poſſet alius alio videri ſublimior, & ſecundum miniſtrorum merita hæc ſingularis gratia æſtimari, vt melior eſſet Baptiſmus eius, qui ſanctior videretur: & indignior eſſet, qui ab eo acciperetur, quem non amplior æſti matio commendaret. Hæc et in alia Sacramenta transferretur iniuria, vt non in eis vnitas, ſed diuerſitas haberetur: ſi cenſerentur à melioribus fieri meliora, & minus haberent vtilitatis & ponderis, quę fierent ab indignis. Sic Euchariſtia vna alia melior, et baptiſmus pro miniſterio vel melior vel deterior crederetur: Abſit hoc à fide Catholica, abſit à relione Chriſtiana tantæ corruptionis fermentum. Vna nobis fides, vnus Dominus, vnum Baptiſma. Quod ſi ab *indigno* fortè fuerit *conſecratum*, non audet iuſtus iterare vel corrige-

 re,

Digitized by Google

re,quod ſemel eſt factum. Quia per quemcunque fiat idem eſt, nec hoc priuilegium meritis eſt datum, *ſed gratia*, & propriè ſibi omnipotentia Dei retinet hunc effectum.

IDEM.

Epiſt. 5. lib. 2.

Aurelius frater noſter illuſtris adoleſcens à Domino iam probatus, et Deo charus, & in annis adhuc nouellus, ſed in virtutis ac fidei laude prouectus, minor in ætatis ſuæ indole, ſed maior in honore: gemino hic agone certauit, bis confeſſus, & bis confeſsionis ſuæ glorioſus victoria, et quando vicit incurſu factus, et cũ denuo certamine fortior pugnauit, triumphator et victor in prælio paſſionis. Merebatur *talis clericæ ordinationis* vlteriores gradus, et incrementa maiora, non de annis ſuis, ſed de meritis æſtimandus: ſed interim placuit, *vt ab officio lectionis incipiat*: quia et nihil magis congruit voci quæ Dominum glorioſa prædicatione

Ordinatio Aurelii.

tione confeſſa eſt, quàm celebrandis diuinis lectionibus perſonare poſt verba ſublimia, quæ Chriſti martyrium prolocuta ſunt, Euangelium Chriſti legere, vnde martyres fiunt, ad pulpitum poſt cataſtum venire. Hunc igitur fratres dilectiſsimi *à me & à collegis qui preſentes aderãt ordinatum ſciatis*, quod vos ſcio & libenter amplecti, & optare tales in Eccleſia noſtra quàm plurimos *ordinari.*

S. Lucius paſſus eſt circa annum 262.

Miniſtri altaris, presbyteri ſiue diaconi, ad dominica tales eligãtur officia, qui continentiam ſeruent. Si verò poſt ordinationem ſuam miniſtros contigerit propriȩ vxoris inuadere cubile, ſacrarij non intrent limina, neque ſacrarij portitores fiant, neq; altare contingant, neque ab offerentibus holocauſti oblationẽ ſuſcipiant, neq; ad Dominici corporis portionẽ accedãt, neq; appropinquent. In decret

S Laurentius vixit anno 264.

Vide Ambroſiũ 1.lib. officiorum cap.41.

Quo progrederis ſine filio pater? (Sixte) Quo *ſacerdos* ſancte ſine *Diacono* properas? Nunquã *ſacrificiũ ſine miniſtro* offerre conſueueras. Quid in me ergo diſplicuit pater? Nũ degenerem probaſti? Experire certè vtrum idoneum miniſtrum elegeris. Cui commiſiſti dominici ſanguinis conſecrationem, cui conſummãdorum conſortium Sacramentorum, huic conſortium tui ſanguinis negas? Vide ne periclitetur iudicium tuum, dum fortitudo laudatur. Abiectio diſcipuli, detrimentum eſt Magiſtri. Quid quòd illuſtres & præſtãtes viri diſcipulorum certaminibus, quàm ſuis vincunt? Deniq; Abrahã filium obtulit. Petrus Stephanũ pręmiſit. Et tu pater oſtẽde in filio virtutem tuam. Offer quem erudiſti, vt ſecurus iudicij tui comitatu nobili peruenias ad coronam.

Laurẽtius diaconus S. Sixti.

S. Nar-

S. Narciſſus. anno 206.

S. Narciſſus domum Hilariæ mutauit in Eccleſiam, dedicans eam in honorem Sancti Saluatoris & S. Mariæ matris eius. Collectaq; illic (videlicet Auguſtæ Vindelicorũ) Eccleſia fidelium, *ordinauit eis Epiſcopũ Dionyſium* auunculum Afræ, qui poſtea multas animas lucratus eſt Chriſto, & ibidẽ martyrio coronatus eſt.

Surius in Hiſt. Tom. 4. in vita D. Afræ.

S. Sixtus. anno 260.

Non ego te fili (Laurenti) relinquo ac deſero, ſed maiora tibi debẽtur certamina. Nos quaſi ſenes leuioris pugnę curſum recipimus, te quaſi iuuenem manet glorioſior de Tyranno triumphus. Mox venies, flere deſiſte. Poſt triduum me ſequêris. Inter *Sacerdotem & Leuitam* hic medius numerus decet.

B. Sixti ad B. Laurentium reſpõſio. ex D. Ambroſio.

Gaius

GAIVS. anno 283.

In Epiſt ad Felicem Epiſcopum.

De Epiſcoporum & presbyterorum, diaconorumq; & ſequentium *clericorum ordinationibus* ſanctos Apoſtolos & ſucceſſores eorum, & præcipuè Anadetum, & præterea alios ſufficienter ſtatuiſſe cognoſcimus, & idcirco nō eſt neceſſe nunc replicari: niſi quod illi non ſtatuerunt. Illud tamen nos ſtatuentes vobis & omnibus ſeruare mandamus, vt ad ordines Eccleſiaſticos ſi aſcendant in Eccleſia, qui ordinari merentur, id eſt, ſi quis *Epiſcopus eſſe mereretur, ſit primò Oſtiarius, deinde Lector, poſtea Exorciſta, inde ſacretur Acolythus, demū verò ſubdiaconus, deinde Diaconus, & poſtea Prebyter, & exinde ſi meretur Epiſcopus ordinetur.*

Gradus quibus peruenitur ad Epiſcopatū.

Euſebius. anno 309.

Epiſt. 3.

Manus impoſitionis Sacramentum magna veneratione tenendum eſt, quod ab alijs perfici non poteſt, niſi à *ſummis Sacerdotibus*. Nec tempore Apoſtolo-

ſtolorum ab alijs, quàm ab illis, qui eorum locum tenent, vnquam perfici poteſt, aut fieri debet. Nam ſi aliter præſumptum fuerit, irritum habeatur & vacuū: nec inter Eccleſiaſtica vnquam reputabitur Sacramenta. Soli Epiſcopi poſſunt ordinare Sacerdotes.

Melchiades. anno 311.

De his ſuper quibus rogaſtis vos informari, id eſt, vtrum maius eſſet *Sacramentum, manus impoſitio Epiſcoporum*, aut Baptiſmus: ſcitote vtrunque magnum eſſe Sacramentum. Et ſicut vnum à maioribus fit, id eſt à ſummis pontificibus, quod à minoribus perfici non poteſt: ita & maiori veneratione venerandum & tenendum eſt. Ad Hiſpaniæ Epiſcopos.

Concilium Ancyranum anno Chriſti 308.

Chorepiſcopis non licet *presbyteros aut diaconos* ordinare, χωρεπισκόπους μὴ ἐξεῖναι πρεσβυτέροις ἢ διακόνοις χειροτονεῖν, ſed nec presbyteris ciuitatis, cap. 13.

tis, ſine præcepto Epiſcopi, vel literis, in vnaquaq; paræcia aliquid imperare.

Arnobius anno 309.

In pſalmũ octauum.

Hęretici ſunt, qui quaſi feræ in ſylua legis latebram fouent, vt ex occulto lædant concilium taurorum inter vaccas populorũ. Lædere enim ſtudent *Sacerdotum concilia*, qui hoc loco tauri nominantur, *apti altario* inter uaccas, inter plebes ſurdas & ignaras agentes.

Diſcrimen ſacerdotũ & laicorũ.

Conſtantinus anno 310.

Euſebius de uita Cõſtan. lib 3. cap. 6.

Epiſcopos vndiq; per literas honorificè ſcriptas acciuit. Atq; vna ciuitas eos omnes, tanquam *maximam Sacerdotum coronam* ex multiplici nitidorum floſculorum varietate contextam, excipit.

IDEM.

Ruffinus lib. 1. ca. 1.

Ex *ſacerdotum ſententia* apud vrbẽ Niceam Epiſcopale concilium conuocat, ibiq; Arrium, trecentis decẽ & octo *Epiſcopis* reſidentibus, adeſſe iubet, ac de eius propoſitionibus & quæſtionibus iudicari.

IDEM.

IDEM.

Deus vos (inquit Imperator ad E- In Eccleſi.
piſcopos) conſtituit *Sacerdotes, & po*hiſto. Ruff.
teſtatem vobis dedit de nobis quoq; iudi- lib. 1. ca. 2.
candi, & ideo nos à vobis rectè iudicamur, vos autẽ non poteſtis ab hominibus iudicari: propter quod Dei ſolius inter vos expectate iudiciũ, & Conſtanti-
veſtra iurgia, quęcunq; ſunt, ad illud ni iudiciũ
diuinũ referuentur examẽ. Vos ete de ſacerdo-
nim nobis à Deo *dati eſtis Dij*, & con tibus.
ueniẽs nõ eſt, vt homo iudicet Deos, ſed ille ſolus, de quo ſcriptum eſt: Deus ſtetit in ſynagoga Deorum in medio autem Deos diſcernit.

¹ *Neocæſarienſe concilium, anno 311.*

Presbyteri ruris. ſiue græcè ἐπιχώριοι Cap. 13.
πρεσβύτεροι, in Eccleſia, ciuitatis E-
piſcopo præſente, vel presbyteris vrbis ipſius, offerre non poſſunt, nec panem ſanctificatum dare, calicemq; porrigere. Si verò abſentes hi fuerint, & ad dandam orationem vocentur, ſoli dare debebunt. *Corepiſcopi* quoq; ad

excin-

tis, ſine præcepto Epiſcopi, vel literis, in vnaquaq; paræcia aliquid imperare.

Arnobius anno 309.

In pſalmū octauum. Hęretici ſunt, qui quaſi feræ in ſylua legis latebram fouent, vt ex occulto lædant concilium taurorum inter vaccas populorū. Lædere enim ſtudent *Sacerdotum concilia*, qui hoc loco tauri nominantur, *apti altario* inter uaccas, inter plebes ſurdas & ignaras agentes.

Diſcrimen ſacerdotū & laicorū.

Conſtantinus anno 310.

Euſebius de uita Cōſtan. lib 3. cap. 6.

Epiſcopos vndiq; per literas honorificè ſcriptas acciuit. Atq; vna ciuitas eos omnes, tanquam *maximam Sacerdotum coronam* ex multiplici nitidorum floſculorum varietate contextam, excipit.

IDEM.

Ruffinus lib. 1. ca. 1.

Ex ſacerdotum ſententia apud vrbē Niceam Epiſcopale concilium conuocat, ibiq; Arrium, trecentis decē & octo *Epiſcopis* reſidentibus, adeſſe iubet, ac de eius propoſitionibus & quæſtionibus iudicari.

IDEM.

IDEM.

Deus vos (inquit Imperator ad Epiſcopos) conſtituit *Sacerdotes, & poteſtatem vobis dedit de nobis quoq; iudicandi*, & ideo nos à vobis rectè iudicamur, vos autē non poteſtis ab hominibus iudicari: propter quod Dei ſolius inter vos expectate iudiciū, & veſtra iurgia, quęcunq; ſunt, ad illud diuinū referuentur examē. Vos etenim nobis à Deo *dati eſtis Dij*, & conueniēs nō eſt, vt homo iudicet Deos, ſed ille ſolus, de quo ſcriptum eſt: Deus ſtetit in ſynagoga Deorum in medio autem Deos diſcernit.

In Eccleſi. hiſto. Ruff. lib. 1. ca. 2.

Conſtantini iudiciū de ſacerdotibus.

[1] *Neocæſarienſe concilium, anno 311.*

Presbyteri ruris ſiue græcè ἐπιχώριοι πρεσβύτεροι, in Eccleſia, ciuitatis *Epiſcopo præſente, vel presbyteris vrbis ipſius, offerre non poſſunt*, nec panem ſanctificatum dare, calicemq; porrigere. Si verò abſentes hi fuerint, & ad dandam orationem vocentur, ſoli dare debebunt. *Corepiſcopi* quoq; ad

Cap. 13.

excin-

Diſtin.64. exemplum quidem & formã ſeptua-
ginta videntur eſſe, vt commi-
niſtri autem ὡς δὲ συλλειτουργοὶ, pro-
pter ſtudium quod erga pauperes
exhibent, honorentur.

Illyrici Epiſcopi.

Illirici Cõcilii libellus Synodicus de fide. Thed. Hiſt. Eccl. lib. 4. cap. 8.

Dum hac de re ſcriberemus ad
vos (Epiſcopos diœceſeos Aſianæ,
Phrygiæ &c.) cõmonefacti ſumus,
vt in his noſtris literis ſcriberemus
etiam de *Epiſcoporũ*, collegarũ ſcili-
cet noſtrorum, *inſtitutione*, vt ſi quo-
quo modo fieri queat, è *magiſtrati-
bus qui Epiſcopatu functi*, probata ſpe-
ctataq; fide fuerunt, *cooptentur*: ſin
autem tales non reperiantur, è *ſacer-
dotum collegio*. Ad eundem modum
tum *Presbyteri*, tum *Diaconi* de ordi-
ne ſacerdotali ſumantur, vt omni
ex parte inculpati ſint: minimè verò
de curia, aut militum ductoribus.

Nicenum Concilium anno 315.

Cap. 18. Illud innotuit, quod quidam *Dia-
coni ante Epiſcopos oblata contingant*,

τῆς

τῆς εὐχαριστίας ἅπτονται: hæc igitur omnia reſecentur, & in ſua Diaconi menſura permaneant; ſcientes quòd *epiſcoporum* quidē *miniſtri* ὑπηρέται ſunt, inferiores autem *Presbyteris* habeantur. Per ordinem ergo poſt *presbyteros* gratiam ſacræ cōmunionis, τὴν εὐχαριστίαν accipiāt, aut *Epiſco po aut presbytero* porrigente. Sed nec ſedere in medio *presbyterorum diaconis* liceat. Quia ſi hoc fiat præter regulam & ordinem probatur exiſtere. Si quis autem etiam poſt has definitiones obedire noluerit, à miniſterio τῆς διακονίας, ceſſare debebit. *In his omnibus Diaconi & Presbyteri epiſcopis poſtponuntur.* Diſt. 93. per uenit.

IDEM.

Concilium clementiùs aliquanto in Meletium animatū (nam ſi accuratè in eum inquiſitum fuiſſet, nihil certè commeruiſſet veniæ) decernit, vt in propria ac ſua ciuitate remaneat, *nullamq́; habeat poteſtatem vel cuiquam* In Epiſtola Episco. cō. ad Eccleſiā Alexandrinam &c. Theo. Hi. Eccle. lib. 1. cap. 9.

cuiquam manus imponendi, vel quenquá ad aliquod munus Eccleſiaſticũ deligendi, vel in alienã regioné ciuitatéue eius rei gratia cõmeandi, ſed vt ſolum *dignitatis & officij nomen retineat*: illi autem qui ab eo Presbyteri deſignati ſunt, ſimulatq; *ſanctiore ordinatione* confirmati fuerint, hac conditione in Eccleſiæ communionem admittantur: nimirũ vt Eccleſiaſticæ dignitatis & miniſterij gradum habeant illi quidem, ſed tamen omnibus Presbyteris in ſingulis prouincijs & Eccleſijs verſantibus, qui ſunt ab honoratiſsimo viro & collega noſtro Alexandro *ordinati*, ſint omninò inferiores. Quin etiam vt nulla illis poteſtas ſit, eos miniſtros Eccleſiæ deſignandi, qui ipſorum probentur arbitrio, neque nominationem penes ſe habeant eorum, qui ſint ad Eccleſiæ munera obeunda deligendi, ne-

Ab Epiſcopo fit ordinatio Presbyteri.

que

que *quicquam abſq; conſenſu Epiſcoporum Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ*, qui ſub ipſo Alexandro ſunt, omninò tranſigant. Hi autem, qui Dei gratia, & veſtris precibus adiuti, ad nullum ſciſma deflexiſſe comperti ſint, ſed ſe intra Catholicæ Eccleſiæ fines ab erroris labe vacuos continuerint, authoritatem habeant *tum miniſtros ordinandi*, tum eos, qui clero digni fuerint nominandi, tum denique omnia ex lege & inſtituto Eccleſiaſtico liberè exequẽdi. Quòd ſi qui fortè eorum, qui Eccleſiæ fungantur muneribus, diem ſuum obibit, tum vnus ex illis, qui nuper in Eccleſiam aſciti ſunt, modo idoneus videatur, & populus illum eligat, *Epiſcopuſq; Alexandriæ ei ſuffragetur, atque adeò populi electionem confirmet*, in locum ſuccedat demortui.

Populus eligit, Epiſcopus confirmat.

IDEM.

IDEM.

Can.7. *Vt ſint ſacerdotes aßidui* in orat
ne & miniſterio Eccleſię,ne aſsid
tas orandi deficiat.Et ne ſit magr
ſacerdotũ numerus,ne ſumptus
cleſiæ augeatur. Quamobrem
Eccleſijs præſunt,ij quidem,quid
hac parte opus ſit,videbunt.Atq;
oportet, vt tot in *Eccleſia Diac*
ſint,quot Eccleſia ferre poſsit, &
illis *Archidiaconus* præſit,ſicut ſa
Apoſtoli canonibus ſuis conſtit
runt,& ſancti patres, qui ante
fuerunt.Et vt ſint ſeptẽ *Diaconi,*
Eccleſiæ ſumptu viuant, ac relic
gratis miniſtrent.

IDEM.

Can.12. de Sacram.extremæ vnctionis. Iacobus Apoſtolus dixit:Infir
tur quis in vobis, inducat presby
ros,& orent ſuper eum,vngentes
oleo in nomine Domini, & ora
fidei ſaluabit infirmum,& ſi in p
catis ſit,remittentur ei Quod nõ
dubium de fidelibus ægrotanti

acc.

Digitized by Google

accipi, vel intelligi debere, qui ſancto oleo perungi poſſunt, *quod ab Epiſcopo confectum eſt, non ſolùm Sacerdotibus*, ſed omnibus vti Chriſtianis in ſuá aut ſuorum neceſsitate ad vngendum. Nam idcirco *Presbyteris* cōceſſum eſt, quia Epiſcopi occupationibus alijs impediti, ad omnes languidos ire non poſſunt Cæterùm *ſi Epiſcopus poteſt*, aut dignum ducit, à ſe infirmum viſitandum, & benedicendum & tangendum Chriſmate, ſine cunctatione poteſt, cui velit, ipſum Chriſma conficere

IDEM.

Si qui ſunt ex populo eligendi *ad Sacerdotium*, primùm quidem *præſentandi ſunt Epiſcopo*, aut Patriarchæ: poſtea examinent eos Archidiaconus & Chorepiſcopus, & videant, an promptè & intelligēter legant ſcripturas, & an ſint exercitati in legibus ſacerdotalibus, & an ſciant ſtatuta Eccleſię. Qui ſi fuerint approbati,

Can. 13. de Sacram. ordinis.
Quomodo ſacerdotes ordinandi ſint.

& habuerint bonum teſtimonum, *quod ſint digni ſacerdotio*, & à Deo electi, & quod ſciunt Sacramenta, orabunt pro eis orationem ſolitam, vt fiant digni remiſsione, & accipiant indulgentiam. Poſtea adducendi *ſunt ad Epiſcopum, vt imponat eis manus, & benedicat, eosq́ ordinet*. Qui cũ erunt ordinati Diaconi, debet Archidiaconus adducere eos ad Chorepiſcopum, vt moneat eos, ne miniſtrent in miniſterio *Sacerdotali* id eſt, ſacrificij. ſed tantum orationis, donec omnes leges *Sacerdotij* didicerint, & poſtea veniant ad Corepiſcopũ, vt videat, an in hoc profecerint, & iterum eos de hoc admoneat. Nõ enim licet, vt vllus ex clero miniſtret in Eccleſia ſine licẽtia Chorepiſcopi, quãdoquidẽ ipſe eſt caput illorũ. Et ſi Archidiaconus nõ fuerit ꝓpè, qui fuerint ordinati accipiãt literas à Corepiſcopo ad Archidiaconum, qui debent tum ſuſcipere curam eorum in

Qua ratio ne Diaconi.

ijs.

ijs, quæ ad ſtatuta Eccleſiæ pertinent. Neque *debet Chorepiſcopus* dare illis vllius miniſterij curam *ſecundum ordinem Eccleſiæ*:nec Epiſcopus, nec Chorepiſcopus debet eos à Clero remouere ſine Archidiacono.Siquidem ipſe eſt, vt ante diximus, nutritus in ciuitate,& habet totius *populi notitiam*:præeſtque officio orationis & omnibus diaconis. Et quando *Epiſcopus* proficiſcitur ad villam aut caſtellum diœceſis, nulli debet Chorepiſcopus permittere, vt ſine licentia Archidiaconi *ordinetur,nec Epiſcopus,nec vllus alius Sacerdotem ordinare debet*, neque religioſum facere, ſine præſente Chorepiſcopo: ſiquidem ipſe quoque præeſt officio orationis, & cæteris omnibus quæ in villis ſuis fiunt. Et quicunque non paruerit, Synodus eum excommunicat.

Idem Con.Nicen. I.

Can.38. Decernimus vt nullius *Epiſcopi electio* approbetur, nec vllus Epiſcopus conſtituatur in ciuitate magna aut minore, niſi *voluntate Epiſcoporum prouinciæ* qui de fide eius & timore Dei cognoſcere debent. Ad approbandum verò conuenire debent coram Epiſcopo aut Patriarcha: quòd ſi adeſſe non poterunt propter metum luporum rapacium, & periculũ gregis, oporter adeſſe tres, qui ex abſentibus per ſcripturá propriæ manus cuiusq; eorum cognoſcant, an *eis electio huius* placeat: & an ſciant eũ eſſe dignum, & ſi populo placebit, eligatur.

IDEM.

Can.40. Vt nõ ſit niſi *vnus Epiſcopus* vnius ciuitatis, nec in vna Eccleſia villæ, ſint duo ſacerdotes, & ſi fuerit magna, poterit habere ſecum *Sacerdos* Diaconos, & *ſolus Sacerdos* in his quę ad altare pertinent, præſit, ſicut Epiſco-

Epiſcopus ſolus eſt ſuperior in Eccleſia ſua.

IDEM.

Vt nullus Epiſcoporum in Paræcia alterius *ordinationes presbyterorum* vel diaconorum faciat, exceptis Patriarcha & Archiepiſcopo in locis, quæ ſub poteſtate eorum ſunt. Neq; quicquam diſponat in aliena Paræcia. Can. 42.

IDEM.

Vt non audeant *Laici eligere ſibi Sacerdotem*, neq; monachi ſuperiorẽ, ſine auctoritate Chorepiſcopi. Can. 46.

IDEM.

Diaconus nõ debet communicare priùs quàm *Epiſcopus, neque prius quàm Presbyter*, quia gradus Diaconi infra gradum presbyteri eſt: ſciréq; debet officij ſui eſſe, miniſtrare Epiſcopo, & presbyteris, ſciatq; Diaconus facultatem ſuam. Cui neque licet communicare, niſi poſtquam Epiſcopo & presbyteris miniſtrauerit. Can. 52.

Digitized by Google

tit, neque rurſus ei licet miniſtrare Sacramentum communionis Sacerdoti, ſiquidem *miniſtrare hoc ſacramentum proprium eſt Sacerdotis*, & nō diaconi. Sacerdotibus enim data eſt hæc gloria. Neque decet vt Diaconi inter Sacerdotes ſedeant, necambulent, aut ſint ad latus eorum, neque intus in ſacrario, vbi eſt altare, neque foris, niſi de ſententia eorum: quandoquidem gradus Diaconi inferior eſt gradu illorum. Diaconi qui huic decreto contradixerint, eijciantur ex gradu ſuo, & à Synodo excommunicantur.

Sacerdotis non Diaconi eſt miniſtrare Sacramentū.

IDEM.

Can. 56.

Qui fuit paulò ante baptizatus, et quæ fidei ſunt non ſcit perfectè, non eſt *ordinandus Epiſcopus, aut Sacerdos, aut Diaconus* donec ſit bene inſtructus audiendo & diſcendo ſacram ſcripturam, & doctrina ſcripturæ bonum fructum ferat in corde eius, & donec exceſſerit ex adoleſcentibus

Digitized by Google

bus,ſi fuerit adoleſcens.

Ex Con. Eliberino, quod fuit circa tempus Conc. Niceni.

Placuit in totum prohibere *Epiſcopis, Presbyteris, diaconibus, ac ſubdiaconibus poſitis in miniſterio, abſtinere ſe à coniugibus ſuis.* & non generare filios. Quod quicunque fecerit, ab honore clericatus exterminetur. Can. 33.

S. Macharius Patriarcha Hieroſolimitanus vixit anno 319.

Cûm verò ingreſſus fuerit *Epiſcopus aut Presbyter ad miſſarum ſolennia* celebranda, niſi paſsio aliqua interuenerit, nullo modo audeat data oratione recedere, vt ab *altero Epiſcopo vel Presbytero* miſſarum ſolennia ſuppleantur. Sed qui initium ponit, ſuppleat vſque in finem. Si quis verò præſumpſerit præter quod ſtatuimus agere, à ſacro corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit ſuſpenſus. In decretis de Conſecratione. diſtinct. 2.

Digitized by Google

Synodus Romana, quam Sylueſter Epiſcopus Romanus congregauit anno 322.

Cap. 1. Dum hi *omnes Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, acolyti, exorciſtæ, lectores vrbis Romæ,* veniſſent in Synodum, Presbyteri Romani omnes & Diaconi, clerusq; et gradus ſequẽtes à tergo Epiſcoporũ ſteterũt. Nemo enim ſedit in eodem loco, niſi tantũ Epiſcopi, & Sylueſter Epiſcopus & Pontifex vrbis Romæ.

IBIDEM.

Cap. 3. Poſtea fecit hos gradus in medio Synodi, *vt non presbyter aduerſus Epiſcopum,* non Diaconus aduerſus presbyterum, non ſubdiaconus aduerſus Diaconum, non acolytus aduerſus ſubdiaconum, non exorciſta aduerſus acolytum, non lector aduerſus exorciſtam, non oſtiarius *aduerſus lectorem* det accuſationem aliquam. Non eſt enim diſcipulus ſupra Magiſtrum.

IBIDEM.

105*

IBIDEM.

Pontifici *preſbyter, preſbytero Diaconus, diacono* Subdiaconus, ſubdiacono acolytus, acolyto exorciſta, exorciſtæ lector, lectori oſtiarius in omni loco repræſentent obſequiũ, ſiue in publico, ſiue in gremio Eccleſiæ. Cap. 7.

Conc. Arelatenſe. 1 circa annum 323.

Vt Preſbyteri *ſine conſcientia Epiſcoporum* nihil faciant, & peregrino Epiſcopo locus ſacrificandi detur. Cap. 19.

Con. Arelatenſe. 1 I. coactum circa annum 326.

In ſecretario *Diaconos inter Preſbyteros ſedere* nõ liceat, vel corpus Chriſti præſente preſbytero tradere non præſumant: quod ſi fecerint, ab officio Diaconatus abſcedant. Can. 15.

Con. Carthaginenſe. 1. anno 330.

Siquis tumidus vel contumelioſus extiterit in maiorem natu, vel aliquam cauſam habuerit, à *tribus vicinis Epiſcopis, ſi diaconus eſt arguatur:* Cap. 2.

ſi presbyter, à ſex: ſi Epiſcopus, à duodecim conſacerdotibus audiatur.

Con. Elibertinum anno 322.

Cap. 32. Si quis graui lapſu in ruiná mortis incidat, placuit agere pœnitentiam nō debere *ſine Epiſcopi conſultu*, ſed potius apud Epiſcopum agat, cogente tamen infirmitate. Non eſt *Presbyterorum, aut Diaconorum*, communionem talibus præſtare debere, niſi eis iuſſerit Epiſcopus.

Euſebius Pamphili Epiſcopus Cæſarienſis. vixit anno 329.

Lib. 1. Demonſtra. Euangelicæ. ca. 10. Palàm in his myſticam ſignificat vnctionem, & honorem afferentia menſæ Chriſti *ſacrificia*, quibus operantes incruentas & rationales, eiq; ſuaues victimas, in tota vita *ſupremo Deo offerre*, per eminentiſsimum omnium *ipſius Pontificem* edocti ſumus.

Eodem libro. Vaticinium Ma- Ab ortu Solis vſq; ad occaſum nomen meum glorificatum eſt in gentibus, & in omni loco incenſum offertur

fertur nomini meo. & hoſtia munda. Sacrificamus igitur Deo altiſsimo *Sacrificium laudis*: ſacrificamus Deo plenum & horrorem afferens, & ſacroſanctum ſacrificium: *ſacrificamus nouo more*, ſecundum nouum teſtamentum hoſtiam mundam.

lachiæ, de ſacrificio mundo à gẽtibus offerendo, de Eccleſiæ ſacrificio intelligendum.

IDEM.

Iam verò ingens *in ſacerdotijs & miniſterijs* atque in omnibus, quæ ad religionis obſeruantiam pertinent, gratia refulgebat. Aſtabant hîc pſallentium chori, iuuenes & virgines, ſenes cum iunioribus laudabant nomen Domini, hîc myſtica miniſteria ordinatis ac diſpoſitis vicibus agebantur. *Pontificum quoque & ſacerdotum conſeſſus* ipſa canicie venerabilis eminus præfulgebat. Iam verò ſi quis per gratiam Domini inſpiratus, ſermonem proferret ad populum, cum omni ſilentio ora cunctorum

Sacrificaturi in miſſa Deo plenũ & horrorem afferens ſacroque ſanctũ ſacrificiũ.

Eccle Hiſt. lib. 10. c. 3. Refert quę ſub Cõſtantini Magni tẽporibus gerebãtur ab Eccleſiaſticis.

ſtorum in eum oculiq́; cōuerſi tanquam cœlitus ſibi per eum denuntiari aliquid expectabant. Tanta auditorum reuerentia, tantus *ordo in ſacerdotibus* ſeruabatur. Nuſquā enim liuor aderat, nullum pulſabat inuidia, dona Dei populis miniſtrabantur, vnusquisque ſecundum quod ſcriptum eſt, ad ædificationem Eccleſiæ abundare quærebat. Et omnia hæc in charitate gerebantur: ita vt ſe honore inuicem præuenirent, & alter alterum ſe duceret meliorem. Nā ſimpliciores quique admirabantur, & ſuſpiciebant eos, qui per ſapientiam verbi populos inſtruebāt. Sapientes verò & eruditi viri præferebant eos, quibus pura vita & ſyncera ſimplicitas, *offerendi Deo hoſtias* maiorem fiduciam dabat, eisq́; *immolandi ſacrificij permittebatur officiū*, quos familiarior vitæ ſimplicitas in cordis puritate ſeruabat. Sic ſummo ſtudio perquirebat alter in altero, quod preferret.

IDEM.

IDEM.

I.(Nouatus hæreticus) qui euangelium vendicabat,neſciebat in Eccleſia Catholica *vnum Epiſcopum* eſſe debere, videbat presbyteros quadraginta ſex, diaconos ſeptem, ſubdiaconos ſeptem, acolytos quadraginta duos, exorciſtas & lectores cũ oſtiarijs quinquaginta duos.

Hiſt. Eccle. lib.6.cap. 33.ex epiſtola Cornelii ad Tabianum.

IDEM.

Virorum porrò Eccleſiaſtica munera obeuntium gradus, quibus *alter alteri præſtat,Diaconorum* item miniſteria,ſummum deniq; & primarium epiſcopatus honorem diligenter (Philo in Aegypto)perſcribit.

Ibidem lib. 2.cap 16.

IDEM.

Non longo temporis interuallo interiecto,vbi inteſtinum & ciuile bellum non exiguum quidẽ ibi (Alexandriæ)exardeſcebat,egreſſus eſt (Origenes)Alexandria.Et cùm non ſatis tutò ſe in Aegypto commorari poſſe putaret,iter capit in Paleſtinã,

Ibidem lib 6.cap.19.

& Cæſareę ludum aperit: vbi, licet nondum *prerbyterij* gradu potitus, *ab Epiſcopis qui ibi erant, non* ad diſputandum ſolùm, ſed ad ſcripturas etiam aperiendas magnoperè in communi Eccleſiæ cōſenſu rogatus eſt. Quod quidem poterit eſſe perſpicuū ex his, quæ Alexander Hieroſolymorum Epiſcopus, & Theoctiſtus Epiſcopus Cæſareæ, ad Demetrium in Origenis defenſione ſic ferè reſpondebant: Quod autem in literis adiunxeris, nunquam antea auditum, neque iam vſurpatum, *vt Laici præſentibus Epiſcopis* diſputarent, ſcripturaſque exponerent: in eo mihi neſcio quomodo videris perſpicuè falſa dixiſſe. Nam vbi idonei & habiles reperiuntur, qui fratribus in verbo Dei adiumento ſint, *à ſanctis Epiſcopis rogantur*, vt populum in verbo inſtituāt: ſicut Larandis Euelpis à Neone, Iconij Paulinus à Celſo, & apud Synodos Theodorus ab Attico

Cum conſenſu Epiſcopi licet docere populum.

Attico, qui omnes beati & pijfratres erant. Ac veriſimile eſt, quamuis nobis obſcurum & minimè cognitum ſit, illud idem in alijs locis fieri.

IDEM.

Origenes,neceſsitate negotij cuiuſdam Eccleſiaſtici obeundi flagitante,in Græciam per Paleſtinam iter fecit,*& Cæſareæ per manuum impoſitionem Epiſcoporum*, qui in illis partibus rexerunt Eccleſiam, munus *ſuſcepit presbyterij*. Ibidem ca. 17. Origenes in Presbyterorū ordinem aſcitis.

IDEM.

Vbi Gordianus ſex annis continuis Romanorum obierat imperiū, Philippus vnà cum filio Philippo ſuccedit. Fama eſt iſtum (Chriſtianus nanque erat) cûm precationum in die poſtremæ vigiliæ Paſchatis, vnà cum multitudine in Eccleſia particeps fieri vellet,nō priùs Ibidem. ca. 27.

ab

ab Epiſcopo, qui tum Eccleſię pręerat, permiſſum eſſe intrare, quàm *ſe conſeſſus fuiſſet*, & inter eos qui peccatorum vinculis adhuc tenebantur adſtricti, locumq́; pœnitẽtiam agentibus præſtitutum occupabant, ſe ſua ſpontè collocauiſſet: Epiſcopumq́; dixiſſe: cum nulla alia conditione, niſi iſtud faceret propter multa delicta, quæ ab illo ferebantur admiſſa, aliquando ab ipſo in Eccleſiam receptum fore. I*mperatorem* autem alacri animo & lubenti *Epiſcopo morem geßiſſe*, & ingenuam modeſtiam ac religioſam piamq́; affectionem, De timore incitatam, reipſa declaraſſe memorant

IDEM.

De vita Cõſtantini li. 3, cap. 35.

Ipſe porrò Imperator (Conſtantinus) Dei miniſtros accerſere, cultu & obſeruantia honorificè complecti: et tum re, tum verbis, tanquam *viros Deo ſuo conſecratos* humanitùs excipere, & maxima beneuolentia pro-

proſequi cæpit. Quippe licèt homines fuerint ipſius formæ habitu ad aſpectum abiecti, ab eo tamen non eius generis exiſtimati ſunt: ſed quia non hominem qui ſub aſpectum oculorum cadit, ſed Deum ipſum, *qui in eorum animis inſidebat*, cõſiderare viſus eſt. Illos ſuæ menſæ effecit participes, illos quocunq; iter capiebat ſecum duxit, atq; ea de re Deũ, quẽ ſanctè colebant, ſibi credidit fore propitium.

Constantini erga Ecclesiarum præſides obſeruantia.

IDEM.

In præſenti choro fuit *Epiſcoporũ* multitudo, ad numerum ducentorũ quinquaginta & amplius: *presbyterorum* autem, *diaconorum*, *acolytorum*, & aliorum qui iſtos comitabantur turba, ne enumerari quidem poteſt. Atque ex his Dei miniſtris, alij prudenter & diſertè dicendo, alij vitæ grauitate & conſtanti rerum arduarum perpeſsione, nonnulli quaſi media inter iſtos interiecta viuendi cõ-

Ibidem lib. 3. cap. 9.

Epiſcoporum Concilii Nicæni multitudo & varia eorundem dona.

ſuetu-

ſuetudine eximij, pręclara laudis inſignia adepti ſunt.

S. Athanaſius. anno 351.

In uita B. Antonii.

Nunquam ille (Antonius) aut ira ſubita concitatus patientiam rupit, aut humilitatem erexit in gloriam. Nam omnes *clericos vſq; ad vltimum gradum* ante ſe orare compellens, *Epiſcopis* quoq; atque *presbyteris*, quaſi humilitatis diſcipulus, ad benedicendum ſe caput ſubmittebat. *Diacones* verò, quia ad eum vtilitatis cauſa veniebant, cûm pro adiutorio eorũ eis præſentibus diſputaret, ad orandum ſibi Dominum præponebat.

IDEM.

In Epiſto. ad ſolitariam vitã agentes.

Ne te (citat verba Hoſij Cordubenſis Epiſcopi ad Conſtantiũ Imperatorem) miſceas Eccleſiaſticis, neque nobis in hoc genere præcipe, ſed potius ea à nobis diſce. Tibi Deus *imperium* cõmiſit, nobis *quæ ſunt Eccleſiæ* concredidit.

IDEM

Digitized by Google

IDEM.

Si iſtud eſt iudicium Epiſcoporum, quid commune cum eo habet Imperator? Sin contrà, iſta minis Cæſaris conflantur, quid opus *eſt hominibus titulo Epiſcopis*? Quando à condito æuo auditum eſt? Quando iudicium Eccleſiæ authoritatem ſuam ab Imperatore accepit? Aut quando vnquam hoc pro iudicio agnitum eſt? Plurimæ ante hac Synodi fuêre, multa iudicia Eccleſiæ hábita ſunt: ſed neque patres iſtiuſmodi res Principi perſuadere conati ſunt, nec *Princeps ſe in rebus Eccleſiaſticis curioſum* præbuit. Paulus Apoſtolus habebat amicos in Cæſaris familia, & per eos in litteris ſalutabat Philippenſes, non tamen eos in iudicio ſocios aſſumpſit. Nunc autem nouum quoddam Ibidem, paulò póſt.

ſpecta-

ſpectaculũ ab Arriana hæreſi editur. Conuenerunt enim in vnum Hæretici & Imperator Conſtantius, vt ille quidem ſub prætextu *Epiſcoporum* ſua poteſtate aduerſus eos, quos velit vtatur. & tamen in perſecutione mouenda, perſecutor non appelletur: illi verò ſuccincti principis poteſtate, inſidias faciũt quibus volũt: volunt autem omnibus, qui non eadem impietate, qua ipſi vtuntur, vti velint.

Con. Antiochenum circiter annum 347.

Cap. 5. Si quis *Presbyter aut Diaconus Epiſcopum* proprium contemnens ſe ab Eccleſia ſequeſtrauit, & ſeorſum colligens altare conſtituit, & commonenti Epiſcopo nõ acquieuerit, nec conſentire vel obedire voluerit ſemel & iterum conuocanti, hic dãnetur omni modo, nec vltrà remedium conſequatur: quia ſuam recipere nõ poteſt dignitatem. Quod

ſi

Digitized by Google

ſi Eccleſiam conturbare & ſolicitare perſiſtat, tanquam per poteſtates exteras opprimatur.

IDEM.

Qui in vicis vel poſſeſsionibus, ταῖς χώραις, Chorepiſcopi nominãtur, quamuis *manus impoſitionem Epiſcoporum* perceperint, & vt Epiſcopi conſecrati ſint, tamen ſanctæ Synodo placuit, vt modum proprium recognoſcãt, vt gubernent ſibi ſubiectas Eccleſias, earumq; moderamine curaq; contenti ſint Ordinent etiam lectores & ſubdiaconos, atque exorciſtas, quibus promotiones iſtæ ſufficiant. Nec *presbyterum* verò nec diaconum audeant ordinare, prẹter ciuitatis *Epiſcopum*, cui ipſe & poſſeſſio ſeu regio, ἡ χώρα, ſubiectus eſt. Qui autem transgredi ſtatuta tentauerit, depoſitus, quo vtebatur, honore priuetur. Chorepiſcopum verò ciuitatis *Epiſcopus ordinet*, cui ille ſubiectus eſt. Cap. 10

GRE-

Lib. de virginitate. c. vltimo. Sacerdos ad hoc vnctus vt Deo offerat.

Gregorius Nyſſenus vixit circiter annum 347.

Quomodo *offeres Deo*, tametſi ad hoc *vnctus ſis*, qui non audis legem, quæ prohibet conſecrari non caſtum?

IDEM.

De ſacramen. Baptiſmi & Euchariſtiæ.

Eadem vis etiam Sacerdotem auguſtum & honorandum facit, *nouitate benedictionis* à communitate vulgi ſegregatum. *Quum enim heri ac tempore* ſuperiore vnus è multitudine ac plebe eſſet, repentè redditur Præceptor, Præſes, Doctor pietatis, Myſteriorum *latentium præſul*: eaque contingunt ei, quum nihil vel corpore vel forma mutatus, ſed quod ad ſpeciem externam attinet, *ille ſit*, qui erat, inuiſibili quadam vi ac gratia, *inuiſibilem animam in melius* transformatam gerens.

IDEM.

De ordina

Cum Phædimus, Amaſeæ Eccleſiæ

ſiæ illo tempore præfectus, cui diuinitus ex ſancto ſpiritu inerat vis præſciendi futura, omne ſtudium poneret, vt ſi in manus eius veniret magnus Gregorius, eum Eccleſiæ præficeret, ne vir tam præclarus ocioſam & inutilem vitam traduceret: is ſentiens quid cuperet & pararet *Epiſcopus*, conabatur latêre, nunc ad hanc, nunc ad aliam tranſiens ſolitudinem. Quoniam autem nihil non experiens inſignis ille Phædimus, omnibusque vtens machinis & artibus, non poterat Gregorium adducere ad ſacerdotium, vt qui diligentiſsimè obſeruaret & circumſpiceret, nè quando eum ſacerdos manu apprehenderet: eratque vtrique æquale ſtudium, cum alter quidem capere, alter verò effugere cuperet perſequentem. Nam alter quidem cupiebat Deo ſacram offerre donariũ, alter verò timebat, ne ei afferret

tione Gregorii Taumaturgi Epiſcopi Neocæſarienſis, qui vixit circa annum. Chriſti 263.

ad

ad philoſophiam aliquid impedimē ti *ſacerdotij cura, tanquam graue aliquod onus*, eius vitæ impoſita: ea de cauſa diuiniore quodam impetu ad ſtudium propoſitū, impulſus Phœdimus, nihil attendens, quod inter eos intercedebat ſpatium, quo remotus erat à Gregorio, qui ab eo diſtabat trium dierū itinere: ſed ad Deū reſpiciens, & dicens, & ſe & illum à Deo hora illa adſpici, *pro manu* verbum imponit Gregorio, eum *Deo conſecrans*, qui corpore non aderat, & ei illam ciuitatem attribuens, quá vſque ad ea tempora contigerat teneri tanto errore idolorum, vt cùm eſſent innumerabiles, qui & ipſam habitabant ciuitatem, & eam quæ eſt circûm circà regionem, non inuenti ſint plures, quàm ſeptendecim, qui verbum fidei accepiſſent.

IDEM.

In vita Gregorii

Mittitur ad eū (Gregoriū Thaumaturgium) legatio ex quadá propinqua

pinqua ciuitate, vt ad eos veniret, & *per Sacerdotium Eccleſiam eorum conſtitueret*. Eſt autem ciuitati nomen Comana, in qua magnum Gregoriũ volebant hoſpitio excipi, publicè gratiam poſtulantes. Cùm ergo apud eos fuiſſet, & aliquot dies degiſſet, & ijs quę faciebat & loquebatur eorum ad myniſterium cupiditatem vehementiùs accendiſſet, cùm tempus eſſet, vt eorum legatio ad finem perueniret, & *crearetur aliquis Pontifex eorum Eccleſia*: tunc quidẽ ex ijs, qui magiſtratus gerebant, quos nouerãt, eos curioſè indagabant, qui dicendi facultate, & genere, & reliquis inſignibus ornamentis videbantur excellere. Exiſtimabant enim, quoniã hæc in magno quoq; Gregorio inerant, nec eorum debere eſſe expertem eum, qui ad hanc perueniret gratiam. Cùm autem multiplicia eſſent eorum ſuffragia, & alij alium præponerent, expectabat magnus

Taumaturgi: De iis, qui in electione ſancti Alexandri facta ſunt.

Gregorius, donec ſibi diuinitùs daretur aliquod conſilium ad id quod erat propoſitum. Et quomodo fertur Samuel non eſſe admiratus pulchritudinem & magnitudinem corporum in regis iudicio, ſed animum requiſijſſe regium, etiamſi ſit in vili & contempto corpore: ita ille quoque deſpiciens ſtudia eorum, qui ferebant ſuffragia, hoc vnum ſolummodò ſpectabat, num quis vel antequàm renuncietur, vitæ & virtutis exercendæ induſtria in moribus ferat ſacerdotium, Cùm autē illi eos, quibus ſua dederant ſuffragia, adducerent cum laudationibus, vnusquiſque eum, qui à ſe eligebatur, proponens: illo verò etiam viliores iubebat reſpicere, quò ad vitæ honeſtatem: fieri enim poſſe, vt etiam in his inueniatur aliquis, ijs, qui ſunt illuſtriores, animæ diuitijs excelſior: quidam ex ijs qui præerant ſuffragijs, hanc magni Gregorij

1.Reg.16.

gorij ſententiam exiſtimauit eſſe deriſionem, ſi ex ijs, qui dicendi facultate & dignitate, & manifeſto vitæ teſtimonio prælati ſunt alijs, nullo *admiſſo ad ſacerdotium*, ex illiberalibus & ſordidis artificibus, ad eam gratiam exiſtimentur aliqui digniores: & ſimul ironicè loquens, ei ita dicit: Si hæc iubes, vt ij, qui ſunt huiuſmodi, & à tota ciuitate delecti, deſpiciantur, Alexandrum carbonariũ *voces licet ad Sacerdotium*: atque adeo, ſi videtur, in eum tranſeuntes, ad ei danda ſuffragia conueniamus nos & tota ciuitas. Is quidem hæc locutus eſt, de eius ſententia detrahẽs, & per hoc ironicum ſuffragium, quòd nullum eſſet de prioribus iudicium, reprehendens. Per hæc autem quæ dicta ſunt, venit illi Magno in mentem, vt cogitaret, num non ſine Dei numine facta ſit Alexandri mentio ab ijs, qui ferebant ſuffragia: Et quis eſt, inquit, hic Alexander, cuius

Populus fert ſuffragia.

F 2 feci-

feciſtis mentionem? Deinde cûm quidam ex ijs, qui aderant eum, de quo facta erat mentio, per viſum adduxiſſent, ſordidis laceriſq; pannis indutum, nec id toto corpore, & ſimul ipſa ſpecie opus ſuum oſtendẽtem, vt qui ex carbonum operatione, & manibus, & facie, & toto denique corpore eſſet ſordidatus, reliquis quidem in medio ſtans Alexander riſus fuit argumentum: perſpicaci autem illi oculo magnam attulit admirationem id, quod fiebat & cernebatur, vt in extrema paupertate, & neglecto corpore ſe ſolum reſpiciens, & veluti ijs exultans, quod erat ineruditis oculis ridiculum. Ita enim habebat, nec propter paupertatis neceſsitatem ad hanc vitam deuenerat, ſed erat vir quidam philoſophus, vt eius poſtea vita ſignificauit, quæ erat cęteris excelſior, adeo vt etiam peruenerit vſque ad martyriũ, vt qui curſum per ignẽ conſummauit.

Digitized by Google

uit. Latère autẽ eſt conatus, vel ſtuduit potius, vt qui ea, cui à vulgo ſtudetur, proſperitate longè eſſet ſuperior, & mundi vitam nihili faciens, excelſiorem veramq; vitam concupiſceret, & vt propoſitum virtutis ſcopum faciliùs attingeret, conabatur latêre: Talis autem cùm eſſet, viliſsimo artificio, tanquam turpi aliqua perſona occultatus, & alioqui cũ eſſet florẽti ætate, tẽperantiæ inſtituto periculoſum ac lubricũ exiſtimabat, manifeſtare pulchritudinẽ corporis, naturę proſperitati veluti inſultans, & eam inſectans. Sciebat enim præbuiſſe multis lapſus occaſionem. Ne ergo aliquid eorum quæ nollet, ſibi eueniret, nec alienis oculis eſſet cauſa excitandi mali animi motus, ideo ſpontè aſſumit artẽ carbonariam, per quam & corpus ad virtutem excercebatur laboribus, & pulchritudo occultabatur ſub carbonum ſordibus: & ſimul quod ex ſuis

redibat laboribus,id ita diſpenſabatur,vt ſeruiret præceptis. Cum eum itaque abduxiſſet à concilio,& ex eo omnia eſſet accuratè ſciſcitatus, illũ quidem dat ſuis domeſticis, iubens ea,quæ oportebat,facere. Is autem cum rurſus veniſſet ad concilium, eos docebat, qui erant congregati, eis verba *facies de ſacerdotio*, & per ea deſcribens vitam ex virtute agendã. Et in tali oratione tamdiu eſt immoratus,cœtum detinens,donec ijs impletis,quæ iuſſerat,ij qui ei miniſtrabant,aduenerunt, ſecum habentes Alexandrum,qui & lauacro ſordes ex fuligine contractas abluerat, & magni Gregorij veſtibus erat indutus:hæc enim eos facere iuſſerat. Cũ autem omnes eſſent conuerſi ad Alexandrũ,& ex eo, quod videbatur, eſſent in magnam adducti admirationem:Nihil vobis noui accidit, (dixit eis magiſter)ſi oculis decepti eſtis,& ſoli ſenſui eius,quod bonũ eſt

iudi-

iudiciũ permiſiſtis. Veritatis enim eorum, quæ ſunt iudex incertus eſt ſenſus, qui per ſe arcet, ne profundũ animi penetretur. Simul autem ipſi quoque veritatis & pietatis inimico Dęmoni gratum erat, vt eſſet omninò ocioſum vas electionis, quod occultabat ignoratio, nec is vir prodiret in medium, qui eſſet futurus euerſor illius potentiæ. Hæc cùm dixiſſet, *Deo virum offert per ſacerdotiũ, cum eum pro more initiatum gratia conſecraſſet.* Omnibuſque nouum ſacerdotem intuentibus, is rogatus vt verba faceret ad Eccleſiam, ſtatim ab exordio oſtendit Alexander non falſum de eo Gregorij fuiſſe iudiciũ. Erat enim ei plena ſententia oratio, minùs ornata dictionis floribus.

S. Gregorius Alexandrũ Carbonarium conſecrat Epiſcopũ.

Con. Sardicenſe, circiter annum Chriſti 351.

Epiſcopi, qui conueniunt ad audien- Cap. 17.

diendum controuerſiam inter *Epiſcopũ & Presbyterũ, vel Diaconũ eius*: ſi viderint clericorũ eſſe τὴν ὑπερο-ψίαν, faſtidium & ſuperbiam, quia non decet, vt Epiſcopus iniuriã vel contumeliam patiatur, ſeuerioribus eos verbis caſtigẽt, vt *obediãt Epiſcopo*. honeſta præcipiẽti: qui ſicut ille clericis ſyncerũ exhibere debet amorẽ charitatis, ita quod viciſsim miniſtri ἀρίδηλα infucata debent Epiſcopo ſuo exhibere obſequia.

Iulius Papa anno 358.

In Epiſt. ad orientales Epiſcopos. Connexio totius corporis vnanimitatem requirit, ſed præcipuè exigit concordiam *ſacerdotum, quibus etſi dignitas communis non eſt: tamen ordo generalis eſt*. Quoniam & inter beatiſsimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis, & cùm omnium par eſſet electio, vni tamen datum eſt, vt cæteris præemineret. De qua forma Epiſcoporum quædã orta eſt diſtin-

ctio,

Digitized by Google

ſtio,& magna ordinatione proui- Hierarchia
ſum eſt:ne omnes *ſibi omnia vendica-* Eccleſiaſti-
rent:ſed eſſent in ſingulis prouincijs ca.
ſinguli, quorum inter fratres habe-
retur prima ſentẽtia: & rurſum qui-
dã in maioribus vrbibus conſtituti,
ſollcitudinem eius ſuſciperent am-
pliorem, per quos ad vnam beati Pe-
tri ſedem vniuerſalis Eccleſiæ cura
confluerct. & nihil vnquã *à ſuo capite*
diſsideret. Qui ergo ſcit ſe quibuſdã
præpoſitum, non moleſtè ferat ali-
quem ſibi eſſe prælatum: ſed obediẽ
tiam quam exigit, etiam ipſe depen-
dat.

S. Hilarius vixit anno 360.

Paulinum beatæ paſsionis Aduerſus
virum blandimento ſolicitatum re- Conſtan-
legaſti, & *Eccleſiam ſanctam* Treuero- tium Cæſa
rum *tali ſacerdote* ſpoliaſti. Edictis fi- rem.
dem terruiſti, ipſum vſque ad mortẽ
demulctaſti exilijs & fatigaſti, extra
Christianum quoque nomen rele-
gaſti, ne panem aut de horreo tuo

ſume-

ſumeret, aut de Montanæ Maximillæque antro prophanatum expectaret Mediolanenſem piiſsimam plebem, quam tu furore terroris tui turbaſti, tribuni tui *adierunt ſancta ſanctorum*, & viam ſibi omni per populum crudelitate pandentes, protraxerunt *de altario ſacerdotes*.

Con. Laodicenſe circiter annum domini 364.

Cap. 26. Hi qui *non ſunt ab Epiſcopis ordinati* tam in Eccleſijs, quàm in domibus exorcizare non poſſunt, multo magis maioris gradus miniſteria, *niſi ab Epiſcopis, qui ad eos gradus ſunt ſacrati*, quibus fungi debent, officia agi vel ſacrificia offerri licet.

IDEM.

Cap. 19. *Solis miniſtris altaris* licet ingredi ad altare, & ibidem communicare.

IDEM.

Cap. 11. iuxta priorem editionē. Non oportet eas, quæ dicuntur presbyteræ, vel præſidentes, Eccleſijs ordinari.

Mu-

Mulieres quæ apud græcos presbyteræ appellantur, apud nos viduæ, ſeniores, vniuiræ, matricuriæ appellantur, in Eccleſia tanquam ordinatas conſtitui non debent. Iuxta poſteriorem editionẽ.

περὶ τοῦ, μὴ δεῖν τὰς λεγομένας πρεσβύτιδας, ἤτοι προκαθημένας ἐν ἐκκλησίᾳ καθίστασθαι. Græcè.

IDEM.

Non oportet *mulieres ingredi ad altare*, nec ea contingere, quæ virorũ officijs deputata ſunt: ὅτι οὐ δεῖ γυναίκας ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ εἰσέρχεσθαι. Cap. 44.

S. Optatus Epiſcopus Mileuitanus vixit anno 366.

Lib. 6. contra Donatiſtas.

Quid eſt tam ſacrilegum, quàm altaria Dei (in quibus & vos aliquando obtuliſtis) frangere, radere, remouere, in quibus vota populi, & membra Chriſti portata ſunt, quo Deus omnipotens inuocatus ſit, quo poſtu- In altari offertur ſacrificium, vota populi, & membra Chriſti por

postulatus deſcendit Spiritus ſanctus. Vnde à multis pignus ſalutis æternę, & tutela fidei, & ſpes reſurrectionis accepta eſt. Altaria inquã, in quibus fraternitatis munera non iuſsit Saluator poni, niſi quæ eſſent de pace condita. Depone, inquit, munus tuum ante altare & redi priùs, concorda cum fratre tuo, *vt poſſit pro te ſacerdos offerre.* Quid enim *eſt altare*, niſi ſedes & corporis & ſanguinis Chriſti? Quid vobis fecerat Deus, qui illic inuocari cõſueuerat? Quid vos offẽderat Chriſtus, cuius illic *per certa momenta corpus & ſanguis* habitat?

tantur, Spiritus ſanctus deſcendit, pignus ſalutis æternæ & tutela fidei ex eodẽ accipitur.

Altare ſedes corporis & ſanguinis Chriſti.

Baſilius Magnus vixit anno Chriſti 371.

Si caput vosipſos vniuerſalis Eccleſiæ reputatis, non poteſt pedibus dicere caput: non eſt mihi opus vobis: ſi in reliquum vos *Eccleſiaſticorũ membrorum ordinem* locatis, non poteſtis nobis dicere, qui in eodem vobiſcum

In Epiſt. 77 ad Occidentales Epiſcopos.

Eccleſiaſticus ordo.

Digitized by Google

biſcum corpore cõſtituti ſumus, nõ eſtis nobis neceſſarij. Nam & manus mutuam inter ſe operam neceſſariã habent, & pedes mutuò ſeſe firmant, & oculi per cõcordiã habẽt, quòd obiecta clarè & dilucidè apprehendũt.

IDEM.

Quia (Chorepiſcopi) fines *poteſtatis ſuæ* egrediebantur, magnoperè angor, quòd patrum noſtrorum canones deſiti ſunt, (Patres dicit Synodi Neocæſ. Nicenæ, & Antiochenæ) & omne ſtudium, omniſque Eccleſiarum cura eiecta eſt; ac vereor, ne ſi hæc incuria paulatim proceſſerit, in ſummam *perturbationem res eccleſiaſtica* adducantur. Solebat enim Eccleſia, idq; erat in more, *hypodiaconos* ſuos diligentiſsimè tentatos, probatosq; recipere, inquirebatur ſtudioſiſsimè in eorum vitam, vtrũ eſſent contumelioſi, vinolẽti, prompti ad pugnas, & an ſuam adoleſcentiam moderarentur: vt ſanctam puramq; In Epiſt. de Chorepiſcopis.

vitam,ſine qua nemò Deum vide
degere poſsint Inquirebatur,inqu
à presbyteris & diaconis conuictoribu
facta autem inquiſitione,referebar
ad Chorepiſcopos, qui auditis di
ctis teſtium veracium,deinde *admo*
to Epiſcopo hypodiaconos numero Eccle
ſiaſticorum aſcribebant. Nunc ver
nobis ſubmotis,neque relato ad nò
primùm,totum ius & authoritaten
vobis ſumpſiſtis. Deindè ſubeunt
huius negotij negligentia, permi-
ſiſtis *presbyteris & diaconis* quocun-
que vellent, & vt cuiusq; libido fer
ret, ſcilicet vel ob generis propin-
quitatem,aut aliam neceſsitudinē,
de quorum vita nulla fuiſſet habita
quæſtio,in Eccleſiam inducere alio-
qui indignos. Ex quo factum eſt,vt
multi *hypodiaconi* per ſingulos pa-
gos facti ſint: nullus verò dignus,
qui aræ Chriſti miniſtret, vt ipſi te-
ſtes eſtis.

Gre-

Digitized by Google

Gregorius Nazianzenus vixit anno 378.

Quemadmodũ in corpore aliud membrum principatum tenet ac veluti præſidet, aliud ſubeſt ac ſequitur: ad eundem quoque modum Deus vel æquabilitatis lege, quæ meritum cuiusque perpendit, vel etiam prouidentiæ, qua vniuerſam rerum molem velut quibuſdam vinculis adſtrinxit; hoc in Eccleſijs conſtituit, *vt alij paſcantur, imperiumq́; accipiãt*, (quibus id vtilius eſt) ac tũ ſermone tũ opere ad officiũ dirigãtur, alij contrà ad concinnitatem perfectionemque Eccleſiæ *Paſtorum magiſtrorumq́; munere fungantur*: nimirum qui virtute, neceſsitudineque ad Deũ, & familiaritate vulgus antecellunt, rationem animæ ad corpus, aut mentis ad animam ſuſtinentes: vt hæc duo inter ſe compoſita atque compacta, (hoc eſt, tam id quod minus plenum eſt,

In Apologet. cur in Pontũ diſceſcerit.

eſt, quàm quod exuberat, vt in mem bris intueri licet) ac Spiritus compa ge & commiſſura inter ſe connexa & conglutinata, vnum corpus omni ex parte perfectum, atq; ipſo Chriſto, qui caput noſtrum eſt, omninò dignum efficiant.

IDEM.

In oratione de moderatione in diſputationibus ſeruanda.

Ordo in Eccleſijs conſtituit, vt *alij oues* ſint, alij *Paſtores*, alij præſint atque imperia accipiant, alius caput ſit, alius pedes, alius manus, alius oculi, alius aliud quoddam corporis membrum ad totius Eccleſiæ concinnitatem & ornatum, vtilitatemque ſubditorum vel præfectorum. Et quemadmodum in corporibus licèt membra inter ſe abrupta atque diſtracta non ſint, verùm tota illa congeries vnum corpus ſit ex diuerſis membris conflatum: non tamen eadem eſt omnium vis atque facultas (tametſi alioqui ad beneuolentię concordiæq; neceſsitatem, honoriſq;

riſque parem in diſparibus ratione,
alia aliorum opera ex æquo indige-
ant:neque enim oculus incedit. ſed
viam demonſtrat,nec pes proſpicit,
ſed ingreditur ac loca permutat:nec
lingua voces accipit,id enim auriũ
munus eſt,nec rurſus auris loquitur
quod linguæ officiũ eſt:& naris qui-
dem eorum,quæ olfactu ſentiuntur,
organum eſt,guttur autem,ſicut Iob
ait,cibos deguſtat:manus porrò dã-
di atque accipiendi inſtrumentũ eſt:
mens denique omnibus præeſt atq;
imperat,nimirum à qua vis ſentien-
di proficiſcitur,& ad quam ſenſus
omnes tendunt & referũtur) ad hũc
quoque modum apud nos, hoc eſt,
in communi Chriſti corpore, res ſe
habet. Omnes enim corpus vnũ in
Chriſto ſumus,ſinguli autem Chri-
ſti,atque alij aliorum membra. *Alij* Alii præ-
enim dominantur & præſunt, alij parẽt ſunt alii pa-
& reguntur. Et quanquam eadem nõ rent.
ſit vtrorumq; actio (niſi quis idem

eſſe

eſſe cõtendat præeſſe, quod parère) fiunt tamen vtrique in *vnum Chriſtũ ab eodem ſpiritu constructi atq; compacti.* Ac rurſus quemadmodum inter eos qui ſubſunt, permagnum diſcrimen reperitur, vt qui & doctrina & vſu atque exercitatione & ætate inter ſe diſtent, eodem modo inter Præfectos quoque non parua differentia eſt.

IDEM.

Oratione 8 funebri in laudem Baſilii magni.

Hunc (Baſilium) multiplex Dei clementia, & circa genus noſtrũ diſpenſatio, per multa media notũ faciens, ſemperq; clariorem oſtendẽs, *Eccleſiæ illuſtrem facem præpoſuit,* ſplendentem, celebremque illum *ad ſacros presbyterij thronos elegit,* τοῖς ἱεροῖς τοῦ πρεσβυτερίου θρόνοις ἐγκαταλέξασα, & per vnam ciuitatem Cæſareenſem, orbi ſuccẽdit vniuerſo. Et quonã modo? nequaquã feſtinãter ad gradus perduxit, neq; per obtrectati
nes

nes & fraudes more multorum, qui nunc præſidentias cõcupiſcunt:ſed *ordine & lege aſcenſionis ſpiritalis* honorem adauxit. Sanè nequaquam rerum & ordinis apud nos laudo confuſionem, ἀταξίαν ϗ ἀκοσμίαν, quũ aliquando peruersè à quibuſdam præſidetur in gradibus. Siquidem non omnes accuſare audeo, neque iuſtum eſt: obiter tamen legem laudo nautarum, quæ priùs gubernatori remum in manus dat, indeq; in proram deducit, & vlteriora concredit. Itaq; tandem ſuper gubernacula, cum multa maris experientia & vẽtorum ſtatuit cognitione. Pariter in rebus fieri ſolet bellicis: miles ſub initium quis efficitur, deinde ordines regit, tandem etiam in ducem euadit, στρατιώτης, ταξίαρχος, στρατηγός. Siquidem *ordo ipſe optimus eſt* incipientibus pariter & vtiliſsimus. Res verò noſtræ multûm dignæ eſſent, ſi ita ſe haberent. S. Baſilii ordinatio.

Nunc

Nunc autem *ſanctiſſimus apud nos periclitatur ordo*, ne præ rebus cunctis ſit ridiculoſiſsimus. Nõ enim ex virtute magis quàm malitia oritur prǽſidentia, ἐκ ἀρετῆς μᾶλλον ἢ κακουργίας, ἡ προεδρία. neque digniorũ ſed potentiorum ſunt throni. Samuel inter prophetas futura præuidens, ſed & Saul abiectus, Roboam Salomonis filius inter reges, quando & Hierobam ſeruus & deſertor. At nec medicus aut pictor vllus eſt, qui non priùs ægrotantium conſideret naturas, aut colores temperat multos, & delineat figuras. Cathedra verò; ὁ ἢ πρόσεδρος, etiam ſine labore acquiritur; non ſecus ac cum fabulæ Gigantes fingũt. Vnius diei ſanctos facimus, ac ſapientes eſſe iubemus eos, qui nulla prǽditi ſunt ſapientia, & qui nil ad gradum præterquam velle afferunt: & hic quidẽ inferiorẽ amat locum, & humilis cõſiſtit, quũ dignus ſit ſublimi, ac multùm in lite-

ris,

tis exercitatus diuinis, multumq́ue carnem ad ſpiritus domauerit ſubiectionem. Alius verò ſedet arrogãs, ſuperciliaq; tollit contra meliores, nec tremit ob thronos, minùs horret aſpectũ, modeſtè deorſum aſpiciẽs: ſed longè ſe viribus ſuis & ſeipſo meliorem eſſe cenſet malè ſentiens, ac ſapientiam *à poteſtate* deſumens. Verùm non ita magnus ac celeber Baſilius, ſed quemadmodum in cunctis reliquis, ita & circa decus illud multis exemplar eſt factus. Sub initium enim *ſacros populo legit libros*, horumq́ue enarrator fuit, nec ordinem hunc gradus dedignatus eſt. Sic & in cathedra *presbyterorum*, ſic *in Epiſcoporum* laudauit Dominum, nequaquam poteſtatem ſuffurans, aut rapiens. Neque honorem inſecutus eſt, ſed honor ſequutus eſt eũ. Nec gratiam humanam, ſed diuinam & à Deo ſuſcepit.

IDEM.

IDEM

Lib.4. Euã gel. Hiſt.

O ſacrificia mittentes incruenta *Sacerdotes*, ô animarũ glorioſi cuſtodes, ô magni, figmẽtum Dei in manibus veſtris ferentes.

Valentinianus imperator. vixit anno 318.

Sozomenus. lib. 6. cap. 7,

Epiſcopis petentibus vt ſibi de doctrina fidei rectè conſtituenda in vnum conuenire permitteretur, reſpondit: Sibi qui vnus è *Laicorum numero eſſet*, non licere eiuſmodi negotijs ſe interponere. Et ideo (inquit) *Sacerdotes & Epiſcopi*, quibus hæc curæ ſunt, per ſe, vbicunq; ipſis libitũ fuerit, in vnum conueniant.

Ephraen Diaconus Eccleſiæ Ediſſenæ anno Chriſti, 383.

Lib. de vera pœnitẽtia ca. 8.

Quis adeo lapideo corde ſit, qui iá hîc diem illam (vltimi iudicij) non amariſsimè fleat? Tunc ſeparantur *Epiſcopi à coëpiſcopis, diaconi à condiaconis, ſubdiaconiq; atq; lectores* à ſocijs ſuis.

Theo-

Theodoſius Imperator, cùm Synodo Epheſinæ primæ ſubſcriberet. vixit anno 385.

Deputatus eſt Candidianus magnificentiſsimus comes ſtrenuorum domeſticorum transire vſque ad ſanctiſsimam Synodum noſtram: & in nullo quidem, quæ faciendæ ſunt de pijs dogmatibus quęſtiones, ſeu potius expoſitiones, communicare. Illicitum namque eſt eum, qui non ſit *in ordine ſanctiſsimorũ Epiſcoporum, Eccleſiaſticis intermiſceri* tractatibus.

Diſtinct. 96. cap. ſatis euidenter.

S. Ambroſius, Archiepiſcopus Mediolanenſis fuit anno 390.

Aliud eſt quod ab *Epiſcopo* requirit Deus: & aliud quod à *presbytero*, & aliud quod à *Diacono*: & aliud quod à *Laico*, vel à ſingulis quibusque hominibus.

De dignitate Sacerdotali. c. 3.

IDEM.

Nunc ſeptem Diaconos eſſe oportet, aliquãtos presbyteros, vt bini ſint

Ibidẽ paulò poſt.

per

per Eccleſias, & vnus *in ciuitate Epiſcopus*: ac per hoc omnes à conuentu fœminę abſtinere debere: quia neceſſe eſt eos quotidie præſtò eſſe in Eccleſia, nec habere dilationē, vt poſt conuentum legitimè purificentur, ſicut veteres. Omni enim hebdomada offerendum eſt, etiamſi non quotidie peregrinis, incolis tamen, vel bis in hebdomada: & non deſint, qui propè quotidie baptizentur ægri.

Presbyter offert.

IDEM.

Et ipſe dedit quoſdam quidē Apoſtolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, quoſdā verò Paſtores & magiſtros. *Apoſtoli*, inquit, *Epiſcopi ſunt*. Prophetæ verò explanatores ſunt ſcripturarum. Euangeliſtæ diaconi ſunt Magiſtri verò exorciſtæ ſunt. Inter iſtos poſt Epiſcopum, plus eſſe intelligitur, qui propter reſeratum occultū ſcripturarum ſenſum prophetare dicitur: præſertim quia futuræ ſpei verba depromit,

Ad quartū cap. Epiſtolæ ad Epheſios.

Digitized by Google

promit; *qui ordo nunc poteſt eſſe presbyteri.* Nam in *Epiſcopo omnes ordines ſunt,* quia primus ſacerdos eſt, hoc eſt, princeps ſacerdotū, & propheta, & Euangeliſta, & cætera adimplenda officia Eccleſiæ in miniſterio fidelium.

IDEM.

Quid aliud ſignificatur, quod poſt defunctum Aaron non vniuerſo populo, ſed ſoli Moyſi, *qui eſt in ſacerdotibus domini,* imperauit Deus, vt exuuijs Aaron ſacerdotis filium eius indueret Eleazarum: niſi vt cognoſceremus, *quòd ſacerdos conſecrare ſacerdotem debeat,* & ipſe eum induere veſtimētis, hoc eſt, virtutibus ſacerdotalibus, ac tunc ſi nihil ei deeſſe indumentorum aduerterit ſacerdotalium, & aptè quadrare omnia, ſacris eum adhibeat altaribus? Epiſt. 82 li. 10. Epiſt ad Vercellenſem Eccleſiam.

IDEM.

Et ipſe dedit quoſdam quidē Apoſtolos, quoſdam autem prophetas Ad ca. 4. Epiſtolæ ad Epheſios.

alios verò Euangeliſtas, aut Euangeliſtæ diaconi ſunt, ſicut fuit Philippus, quamuis non ſint ſacerdotes: *Euangelizare tamen poſſunt ſine Cathedra*: quemadmodum & Stephanus & Philippus memoratus,

IDEM.

Ibidē paulo inferius. Vbi autem omnia loca circumplexa eſt Eccleſia, conuenticula conſtituta ſunt, & rectores, & cætera officia in Eccleſijs ſunt ordinata, vt nullus de clero auderet, qui ordinatus non eſſet, *præſumere officium, quod ſciret non ſibi creditum vel conceſſum.* Hinc ergo eſt, vnde neque Diaconi in populo prædicant, neque clerici, vel laici baptizant, neque quocunq; die credentes tinguntur, niſi ægri.

IDEM.

Ad cap. 3. prioris ad Timoth. Epiſt. Mulieres ſimiliter pudicas, in cōmentarijs ſcribit: quia *ſanctum præcepit creari Epiſcopum* adæquè & diaconum, non vtique diſparem vult eſſe plebem: quippe cûm dicat Dominus,

Digitized by Google

minus: Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum. Ideoq; etiam mulieres, quæ inferiores videntur, ſine crimine eſſe vult, vt munda ſit Eccleſia Dei, Sed Cataphrygæ erroris occaſionem captátes, propter quod poſt diaconos mulieres alloquitur, etiam ipſas *diaconas ordinari debere* vana præſumptione defendunt: cùm ſciant Apoſtolos ſeptem diacones elegiſſe. Nunquid nulla mulier tunc idonea inuenta eſt cùm inter vndecim Apoſtolos ſanctas mulieres fuiſſe legamus? Sed vt hæretici animũ ſuũ verbis, nõ ſenſu legis aſtruere videãtur, Apoſtoli verbis contra ſenſum nituntur Apoſtoli: vt cùm ille mulierem in Eccleſia in ſilentio eſſe debere præcipiat, illi contra etiam authoritatem in Eccleſia vendicent miniſterij.

IDEM.

Gratiam *dari ordinatoris ſignificat* (Paulus Apoſtolus) per prophetiam & — Ad cap. 4. prioris ad Timo.

Ad ca. 4. prioris ad Timo. 4.

& manuum impoſitionem. Prophetia eſt, qua eligitur quaſi doctor futurus idoneus. *Manus verò impoſitiones verba ſunt myſtica*, quibus confirmatur ad opus electus, accipiens authoritatem, teſte conſcientia ſua, vt audeat vice domini *ſacrificium* Deo offerre.

IDEM.

Super Epi. ad Timo.

Poſt Epiſcopum diaconatus ordinationem ſubiecit. Quare? Niſi quia Epiſcopi & presbyteri vna ordinatio eſt: *vterq; enim ſacerdos eſt*. Sed Epiſcopus primus eſt: vt *omnis Epiſcopus presbyter ſit, non tamen omnis presbyter Epiſcopus*: hic enim Epiſcopus eſt, qui inter Presbyteros primus eſt. Denique Timotheum presbyterum ordinatum ſignificat, ſed quia ante ſe alterum non habebat, Epiſcopus erat.

IDEM.

Lib. 4 de ſacramentis ca. 4. & 5.

Vis ſcire, quia verbis cœleſtibus conſecratur. Accipe quæ ſunt verba.

Dicit

Dicit *Sacerdos*. Fac nobis, inquit, hãc oblationem aſcriptam, rationabilẽ, acceptabilem, quod eſt figura corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti.

IDEM.

In Epiſcopo omnium ordinantium dignitas eſt. Caput eſt enim cæterorum membrorum. In pri. Cor. c. 12.

IDEM.

Si cònferendum eſt de fide, *ſacerdotum* debet eſſe iſta collatio, ſicut factum eſt ſub Conſtantino auguſtæ memoriæ principe, qui nullas leges antè præmiſit, ſed liberum dedit *iudicium Sacerdotibus.* Lib. 5. in Epiſt. 32.

S. Felix Papa & martyr vixit anno 396.

Non decuerat, vt hi qui *corpus Chriſti* quotidie *proprio conficiunt ore*, tantam paterentur perſecutionem. Epiſt. ad Epiſcopos Aegyptiæ.

IDEM.

Primates illi & non alij, quàm in Nicæna ſynodo ſunt conſtituti. Reliqui In reſcripto ad Alexandrinos c. 12.

liqui verò, qui Metropoles tenent ſedes, *archiepiſcopi* vocantur, & non primates, ſalua in omnibus Apoſtolicæ ſedis dignitate, quæ ei ab ipſo Domino eſt conceſsa, & poſtea à ſanctis patribus roborata.

S. Damaſus anno 397.

Epiſt ad proſperum Epiſc. Numidiæ.

Chorepiſcopi inter *ſacerdotes* locum habeant, & miniſterio *presbyterorum* contenti ſint. Quòd verò eis non liceat Epiſcopo præſente, niſi illo iubente, ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti cõficere, nec eo corã poſito populum docere, aut ſalutare, nec plebem exhortari, quæ *omnia ſolis Pontificibus* debere, tam ex ſuperioribus, quàm ex alijs patrũ cõſtitutis, aut ſacris canonibus edocti eſtis.

IDEM.

In ſuo Pontificali.

Clemens fecit ordinationes duas per menſem Decembrem, presbyteros decem, Diaconos duos. Epiſcopos per diuerſa loca quindecim.

Ana-

Digitized by Google

Anacletus fecit ordinationes duas per menſem Decembrē, presbyteros quinq;, diaconos tres, Epiſcopos per diuerſa loca numero ſex.

Euariſtus fecit ordinationes tres per mēſem Decēbrem: presbyteros ſex, diaconos duos, Epiſcopos per diuerſa loca quinque.

Alexander fecit ordinationes tres per menſem Decembrē, presbyteros ſex, diaconos duos, Epiſcopos per diuerſa loca quinque.

Sixtus fecit ordinationes tres per menſem Decembrem, presbyteros vndecim, Diaconos tres, Epiſcopos per diuerſa loca quatuor.

Theleſphorus fecit ordinationes quatuor per menſem Decembrem, presbyteros duodecim, diacones octo, Epiſcopos per diuerſa loca 13.

Iginius fecit ordinationes tres per menſē Decembrē, presbyteros quindecim, diaconos quinq;, Epiſcopos per diuerſa loca ſex.

Pius fecit ordinationes quinq; per menſem Decembrem, presbyteros octodecim, diacones viginti vnum, Epiſcopos per diuerſa loca duodecim.

Anicetus fecit ordinationes quinq; per menſem Decembrem, presbyteros decem & ſeptem, diacones quatuor, Epiſcopos per diuerſa loca nouem.

Sother fecit ordinationes tres per menſem Decembrem, presbyteros octodecim, Diacones nouē, Epiſcopos per diuerſa loca vndecim.

Eleutherius fecit ordinationes tres per menſem Decembrem, presbyteros duodecim, diacones octo, Epiſcopos per diuerſa loca quindecim.

Victor fecit ordinationes duas per menſem Decembrem, presbyteros quatuor, diacones ſeptem, Epiſcopos per diuerſa loca numero duodecim.

De reliquis conſimiliter ſummis Pontifi-

Digitized by Google

Pontificibus ſcribit idem Damaſus, ad ſua vſque tempora in eodem libro Pontificum.

IDEM
De Chorepiſcopis.

Quòd eis non liceat *ſacerdotes conſecrare, nec Diaconos aut ſubdiaconos, nec virgines, nec altare* erigere, nec vngere, aut ſacrare, nec Eccleſias dedicare, nec Chriſma conficere, nec Chriſmate baptizatorum frontes ſignare, nec publicè quidem in miſſa quenquam pœnitentem reconciliare, nec formatas epiſtolas mittere, nec populum benedicere, nec ante Epiſcopum in baptiſterio, aut in ſacrario introire, nec præſente Epiſcopo infantem tingere, aut ſignare, nec pœnitentem ſine præceptione Epiſcopi ſui recōciliare, nec eo pręſente, *niſi illo* iubente ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti conficere, nec eo corâm poſito populum docere aut ſalutare, nec plebem exhortari, Epiſt.4.

hortari, quæ omnia *ſolis pontificibus deberi, tam ex ſuperioribus, quàm ex alijs patrum conſtitutis, aut ſacris canonibus edocti eſtis*. Et ſi neceſſe eſt quibusdā minùs ſcientibus, doceri pleniter & inſtrui poſſunt: vt per hoc & diſcretio graduum, & dignitatis faſtigium ſummorū pontificū demōſtretur. Similiter & de presbyteris hęc habeantur: vt ſine iuſſu proprij Epiſcopi nil agant. Quia quod rarum eſt, hoc & pulchrius eſſe videtur, & ſi nomen vileſcit pontificiū, omnis ſtatus perturbatur Eccleſiæ. Triplex itaq; in hac parte reatus eſt, *quòd & prohibita agunt. & quòd ſacrū miniſterium talis conſortij vilitate polluitur, & Epiſcoporum*, quantum ad illicitæ vſurpationis temeritatem pertinet, iura ſoluuntur. Quòd autem *ſolis Apoſtolis eorumq́; ſucceſſoribus proprij ſit officij tradere Spiritum ſanctum, liber actuum Apoſtolorum docet, præſertim cùm nullus ex ſeptuaginta diſcipulis, quorum*

iſti

iſti in Eccleſia ſpeciē gerūt, legatur donū ſancti ſpiritus per manus impoſitionem tradidiſſe.

IDEM.

Nimis eorum inſtitutio improba, nimis eſt parua, quia vt hi de *ſūmo ſacerdotij miniſterio* aliquid præſumát, omni authoritate caret, & ſacris canonibus inuenitur eſſe coutrarium, atque ad totius Eccleſiæ perturbationem ſuperba & ſuperflua tendit elatio: *& vacuum eſt & inane, quicquid in prædicto ſummi ſacerdotij egerunt miniſterio*, quôd ipſi ijdem ſint, qui & presbyteri, ſufficienter inuenitur, quia ad formam & exemplum LXX. diſcipulorū inueniūtur priùs inſtituti. Sed quia, Deo gratias, modò neceſſarij, ſicut in primitiua Eccleſia propter ſtudium quod erga pauperes exigebant, non ſunt: & quia illicita præſumebant, & quod agebant, *actum non erant*, & propterea multi in ſecuritatem, lapſi,

In Epiſt. 4. ad Chorepiſcopos.

Eccleſiaſtico fraudabatur & fruſtrabantur miniſterio, ideo tam ab hac ſede quàm ab omnibus totius *orbis Epiſcopis, à pontificalibus ſunt remoti officijs.*

IDEM.

Ibidem. Non amplius, quàm duos ordines inter diſcipulos Domini eſſe cognouimus, id eſt, duodecim Apoſtolorum, & LXX. diſcipulorum. Vnde iſte tertius proceſſerit, funditùs ignoramus, & quod ratione caret, extirpare neceſſe eſt. *Quòd enim Epiſcopi non ſint*, qui minùs quã à tribus ordinati ſunt Epiſcopis, omnibus patet: quoniam vt benè noſtis, prohibitũ eſt à ſanctis patribus, vt qui ab vno, vel à duobus ſunt ordinati Epiſcopis, neque nominentur Epiſcopi. Quare quicquid *inter Epiſcopos* aut de rebus ſolũmodò ad eos pertinentibus egerint, neceſsè eſt, *vt irritũ fiat, quia quod non habent, dare non poſſunt* Præſertim cùm nullus ex LXX diſcipulis,

lis, quorum ſpeciem iſti antè quàm prohiberentur, vt ſuperiùs memoratum eſt, in Eccleſia gerebant, quicquam de hoc, quod *Apoſtolis eorumq́; ſucceſſoribus ſpecialiter debebatur legatur aſſumpſiſſe*, nec in lege Domini, quæ Moyſi de ijs, quæ ſummis ſacerdotibus, id eſt, Moyſi & Aaron erát ſpecialiter conceſſa, filij Aaron quicquam præſumebant.

Sic & modò, quia vmbra legis transijt, & lux Euangelij in nos Dei gratia manifeſtè corruſcat, de ijs, quæ *in ſummis ſacerdotibus, id eſt, Epiſcopis ſunt*, quorum figuram Moyſes & Aaron tenuerũt, illi qui LXX. diſcipulorũ formá geſtant, in quorum typo filij Aaron erát, nihil pręſumere debent, ſicut nec illi quicquam de *ſummi ſacerdotij miniſterio attingebant*. Nam quod Chorepiſcopi, antequam præfato prohiberentur tenore, ad formam LXX inſtituti erant, canon ſufficienter manife-

Ibidẽ paulò pòſt.

 ſtat,

Canon Ni Synod de Choreપi ſcopis & eorum officio, & honore.

ſtat, vbi ait: Choreપiſcopi quoque ad formam & exemplum LXX videntur eſſe, &c.

IDEM.

Qui honorē Pontificalē non habuit, pōtificalia non poteſt iura tribuere.

S. Heſychius presbyter vixit anno 400.

Lib. 2. in Leui. ca. 8.

Paulus Corinthijs præcipiebat: Conuenientibus autem vobis in vnum, iam non eſt Dominicam cænam manducare: vnusquisque enim ſuam cænam præſumit ad manducandum. Et alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum, aut Eccleſiam Dei deſpicitis? Et hoc ideo, vt illic abſolutè myſtica cæna deberet celebrari, Aaron & filij eius illud rectè comedunt niſi enim *Chriſtus rogatus ore Sacerdotum, ipſe venerit*, & cænam ſanctificauerit, & initiauerit ea, quæ aguntur nullatenus ſacrificium Dominicum fiunt.

Solus ſacerdos miniſter Euchariſtiç ſacrificii.

Ruffi-

Ruffinus anno 401,

Conſtantius ex ſacerdotum ſen-tẽtia apud vrbem Niceã Epiſcopale concilium conuocat, ibiq; Arium, trecentis decem & octo *Epiſcopis reſidentibus*, adeſſe iubet, ac de eius propoſitionibus & quæſtionibus iudicaturi. Lib. cap. 1.

Amphilochius anno 406.

Conuenientes ergo *Epiſcopi*, ſancto Spiritu id agente, Baſilium *elegerunt Epiſcopũ*: qui accepta cõſecratione, regebat Eccleſiam diuina fretus ꝓuidentia. Elapſo autem aliquanto tempore, rogauit diuinitùs ſibi dari gratiam ſapientiam & intellectum, vt proprijs ſermonibus poſſet illi incruentũ offerre *ſacrificium*, & vt adueniret in ipſum S. Spiritus. Poſt ſex igitur dies velut in ectaſi factus, ſeptimo die adueniente in illum Spiritu ſancto, cœpit miniſtrare DEO per ſingulos dies: (interpres habet miniſtrare: vnde ſatis conſtat in Græco haberi λειτουργεῖν, quod In vita S. Baſilii magni.

quod nos vertere poſſumus, miſſam facere vel ſacrificare) atque aliquo interiecto temporis ſpacio, fide & oratione cœpit propria manu miniſterij (id eſt Liturgiæ, ſic enim euidenter apparet in græco legi) *myſteria* ſcribere. Porrò nocte quadã veniens ad eum Dominus in viſione cùm Apoſtolis, propoſitionem panis faciens in ſancto altari, excitauit eum, dicens ei: Secundũ petitionem tuam repleatur os tuum laude, vt proprijs ſermonibus offeras ſacrificium incruentum. At ille nõ ferens oculis viſionem, ſurrexit cum tremore, & accedens ad ſanctum altare, cœpit dicere, ſimul etiam ſcribere in charta: Repleatur os meum laude, vt hymnum dicat gloriæ tuę. Domine Deus, qui creaſti nos, & adduxiſti in vitam hanc, & cæteras orationes ſanctæ liturgiæ, vel ſancti miniſterij. Et poſt finem orationum *exaltauit panem*, ſine intermiſsione

orans,

orans,ac dicens:Reſpice domine Ieſu Chriſte Deus noſter de ſancto habitaculo tuo,& veni ad ſanctificandum nos,qui ſurſum cum patre ſedes,& hic inuiſibiliter nobiſcũ ades, dignare potenti manu tua tradere nobis,& per nos omni populo, ſancta ſanctis. Populus reſpondit: Vnus ſanctus, vnus Dominus Ieſus Chriſtus,cum ſancto ſpiritu,in gloria Dei patris.Amen. Eleuatio Euchariſtię in miſſa.

Diuidens autem panem in tres partes, vnam quidem ſumpſit cum timore multo,alteram verò reſeruauit,vt cum ipſo ſepeliretur, tertiam repoſuit in columba aurea, eamq́ pendere voluit ſupra altare.

B. Hieronymus anno 410

Quid poteſt *Epiſcopus*, quod non poſſit presbyter,excepta *ordinatione?* In Epiſtola ad Euagrium.

IDEM.

Audio quendam in tantam erupiſſe vecordiam, vt *diacones presbyteris, id eſt, epiſcopis* anteferret. Nam cum Ibidem.

Apoſto-

Apoſtolus perſpicuè doceat eoſdem eſſe presbyteros quos Epiſcopos, quid patitur menſarum & viduarum miniſter, vt ſupra eos ſe tumidus efferat, ad *quorum preces Chriſti corpus ſanguisq́; conficitur.* Quæris authoritatem? Audi teſtimonium. Paulus & Timotheus ſerui Ieſu Chriſti omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis *cum Epiſcopis & Diaconis.* Vis & aliud exemplũ? In act. Apoſt. ita Paulus loquitur: Attendite vobis & cuncto gregi, in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, vt regeretis Eccleſiam domini, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.

IDEM.

Hier. cõtra Lucifer. Lucif. dicit: Recipio Laicũ quia ſe erraſſe confitetur. Hieronymus è contrà: Recipe & Epiſcopũ, quia ſe erraſſe confitetur. Lucif. Si erraſſe ſe confitetur, cur Epiſcopus perſeuerat? deponat *Sacerdotium*, concedo veniam petenti. Hieronymus vero: Reſpon-

Digitized by Google

Reſpondebo ,inquit, & ego ſermonibus tuis. Si Laicus erraſſe ſe cõfitetur, quomodo Laicus perſeuerat? deponat *Sacerdotium Laici*, id eſt, baptiſmum, & ego do veniã pœnitenti.

IDEM.

Tantum abeſt vt te valeat *Epiſcopi* tui iuſtitia liberare, vt timendum ſit, ne propter te ſolio ſuo corruens pereat inſanabilis. Ora leuites, arcã Domini, quam portare ipſe debuerat, quaſi ruentem ſuſtentare voluit, & percuſſus eſt. Quid de te futurum putas, qui ſtantem arcam domini præcipitare conatus es? Quanto magis *Epiſcopus, qui te ordinauit*, probabilis eſt, tanto tu amplius deteſtandus, qui talem hominem fefelliſti.

In epiſt ad Sibianum diaconum.

IDEM.

Clericus qui Chriſti ſeruit Eccleſiæ, interpretetur primò vocabulũ ſuum, & nominis definitione prolata nitatur eſſe quod dicitur. Si enim cleros

Ad Nepotianum Epiſt de vita clericorum &c.

cleros gręcè, ſors latinè appellatur, propterea vocantur clerici, vel *quia de ſorte ſunt domini*, vel quia ipſe dominus ſors, id eſt, pars clericorũ eſt. Qui autem vel ipſe pars domini eſt, vel dominum partem habet, talem ſe exhibere debet, vt & ipſe poſsideat dominum, & poſsideatur à Domino.

IDEM.

In eadẽ epiſtola.

Gloria Epiſcopi eſt, pauperum opibus prouidere. Ignominia omnium *ſacerdotum* eſt, proprijs ſtudere diuitijs.

IDEM.

Aduerſus Vigilantium.

Proh nefas, *Epiſcopos* ſui dicitur ſceleris habere conſortes: ſi tamen Epiſcopi nominandi ſunt, *qui non ordinant Diaconos*, niſi priùs vxores duxerint, nulli cælibum credentes pudicitiam: imo oſtendentes, quàm ſanctè viuant, qui malè de omnibus ſuſpicantur: & niſi prægnantes vxores viderint clericorum, infanteſq; de

Digitized by Google

de vlnis matrum vagientes, Chriſti ſacramenta non tribuunt. Quid facient Orientis Eccleſiæ? quid Aegypti, & ſedes Apoſtolica? Quæ aut virgines clericos, aut continentes: aut ſi vxores habuerint, mariti eſſe deſiſtunt.

IDEM.

Nonnunquam errat plebis vulgiq; iudiciũ, & in *ſacerdotibus cõprobandis* vnusquiſque ſuis moribus fauet, vt non tam bonum, quàm ſui ſimilem quærat præpoſitum. Lib. 2. contra Iouinianum.

IDEM.

Si *laicis* imperatur, vt propter orationem abſtineant ſe ab vxorum coitu, quid de *Epiſcopo* ſentiendum eſt, qui quotidie pro ſuis populique peccatis, illibatas Deo oblaturus eſt victimas? Ad cap. 1. epiſt ad Titum.

IDEM.

Nolite credere in ducibus, non in *Epiſcopo*, non in presbytero, non in Diacono, non in qualibet hominũ dignitate. Ad cap. 7. in Medicã.

dignitate. Nec hoc dico, quod iſtiuſmodi gradibus in Eccleſia nō debeatis eſſe ſubiecti. Quicunq; enim maledixerit patri aut matri, morte morietur. Et Apoſtolus docet præpoſitis in Eccleſia obediendū. Sed quod aliud ſit honorare duces, aliud ſpem habere in ducibus. *Honoremus Epiſcopum, presbytero deferamus*, aſſurgamus diacono, & tamen non ſperemus in eis. Quia hominis vana, & certa ſpes eſt in Domino.

Leui. 20.
1. Pet. 2.

IDEM

Diaconos paucitas honorabiles, *presbyteros* turba contemptibiles facit. Cæterùm etiá in Eccleſia Romæ *presbyteri* ſedent & ſtant diaconi. Licèt paulatim increbreſcentibus vitijs, inter presbyteros abſente Epiſcopo ſedere diaconum viderim: & in domeſticis conuiuijs benedictiones presbyteris dare. Diſcát qui hoc faciunt, non ſe rectè facere, & audiant Apoſtolos: Non eſt dignū, vt relinquen-

In epiſtola ad Euagrium.

linquentes verbum Dei, miniſtremus menſis: Sciant, quare Diaconi conſtituti ſint. Legant acta Apoſtolorum, recordentur conditionis ſuę. *Presbyter & Epiſcopus, aliud ætatis, aliud dignitatis* eſt nomen. Vnde & ad Titum & ad Timotheum de ordinatione Epiſcopi & diaconi dicitur, de presbyteris omninò reticetur. Quia in *Epiſcopo & presbyter* continetur. Qui prouehitur, de minori ad maius prouehitur. Aut igitur ex *presbytero ordinetur* diaconus, vt presbyter iunior diacono comprobetur, in quem creſcit ex paruo: aut ſi ex diacono ordinatur Presbyter, nouerit ſe lucris minorem, ſacerdotio eſſe maiorem.

IDEM.

Fit (Neopotianus) *clericus* & per ſolitos gradus *presbyter ordinatur.* Querebatur ſe ferre non poſſe, & iuuenilem ætatem incongruam ſacerdotio cauſabatur. Sed quanto magis

In Epitaphio Nepotiani ad Heliodorũ ſcribens.

magis repugnabat, tantò magis in ſe ſtudia omnium concitabat, eoque dignior erat, quo ſe clamabat indignum. Vidimus Timotheum noſtri temporis, & canos in ſapientia, electúmque à Moyſe *presbyterum*, quem ipſe ſciret eſſe presbyterum. Igitur clericatum nō honorem intelligēs, ſed onus, primam curam habuit, vt humilitate ſuperaret inuidiá. Inter *presbyteros & coëquales*, primus in opere, extremus in ordine.

Ad cap. ſecundum Epiſt. ad Titum.

Nemo te contemnat: nemo eorū qui in Eccleſijs ſunt, te ſegniter agen te ſic viuat, vt ſe putet eſſe meliorem. Qualis enim ędificatio erit diſcipuli, ſi ſe intelligat magiſtro eſſe maiorem? Vnde non ſolùm *Epiſcopi, presbyteri & diaconi* debent magnoperè prouidere, vt cunctum *populum*, cui præſident, cōuerſatione & ſermone præcedant: verùm & inferior gradus *exorciſtæ, lectores, æditui*, & omnes om

nino,

Digitized by Google

mino, qui domui Dei ſeruiunt. Quia vehementer Eccleſiam Chriſti deſtruit, *meliores laicos eſſe, quàm clericos.*

Chromatius Epiſcopus anno 412.

Quia corporis mentio facta eſt, rectiùs id magis de corpore Eccleſiæ poteſt intelligi (quàm de filijs) in quo oculus velut pretioſum membrum *Epiſcopus* ſignificatus agnoſcitur, qui lumine mandati *diuini totum corpus* illuminat. De hoc ergo rectè dictum intelligitur: Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proïjce abs te. &c. Vt ſi fortè huiuſmodi oculus, id eſt, *Epiſcopus* per prauam fidem & turpem conuerſationem Eccleſiæ ſcandalum fuerit, eruendum eum eſſe, id eſt, abijciendum à corpore Eccleſiæ præcipit, ne peccato ipſius reus populus teneatur. In manu verò *presbyter* ſignificatus intelligitur, qui ſi & ipſe prauâ fidem tenens, aut non rectè viuens, ſcanda-

In caput quartum Matthæi. ſuper verba: Quod ſi oculus tuus ſcandelizat te &c.

lum populo fecerit, abſcindi eum Dominus iubet, id eſt, abijci, ne peccato ipſius Eccleſia maculetur.

Epiphanius anno 413.

In Hære. 75.

Epiſcoporum ordo patrum generator eſt. Patres enim generat Eccleſiæ. *Presbyterorum verò cùm non poſſit generare patres*, per lauacri regenerationem generat filios Eccleſiæ, non tamen patres aut Doctores.

IDEM.

Ibidem.

Decepit autem Aërium ipſius nugacitas & æmulatio. Profert autem ad errorem ſuum, & eorũ qui ipſum audiunt, quòd *Apoſtolus ſcribit presbyteris & diaconis, & non ſcribit epiſcopis*, & ad epiſcopum dicit: Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum presbyteri. Et rurſus in

1. Timo. 4.

alio

alio loco Epiſcopis & diaconis ſcribit: Eſt ergo, inquit, idem Epiſcopus & presbyter, & non nouit ille, qui conſequentiæ veritatis ignarus eſt, & hiſtorias profundiſsimas non legit: quòd cum recens eſſet prædicatio, ſanctus Apoſtolus pro re nata ſcripſit. Vbi enim *Epiſcopi iam erant* conſtituti, ſcripſit Epiſcopis & diaconis: non enim omnia ſtatim potuerunt Apoſtoli conſtituere. *Presbyteris enim opus erat & diaconis.* Per hos enim duos Eccleſiaſtica cōpleri poſſunt. Vbi verò non eſt inuentus aliquis dignus *Epiſcopatu*, remanſit locus ſine Epiſcopo. Vbi autem opus fuit, & erant digni epiſcopatu, conſtituti ſunt Epiſcopi. Cùm autem multitudo non eſſet, non ſunt inuenti inter ipſos, qui presbyteri conſtituerentur, & contenti fuerunt ſolo Epiſcopo in loco conſtituto: Verùm ſine *diacono impoſſibile eſt eſſe epiſcopum*, & idcirco curā

adhibuit S. Apoſtolus, vt Diaconi adeſſent Epiſcopo propter miniſterium. Sic Eccleſia accepit complementa diſpoſitionis: ſic illo tempore loci erant, nam ſingulæ res non ab initio omnia habuerũt: ſed progreſſu temporis ea, quæ ad neceſſariorũ perfectionem requiruntur, parabantur.

IDEM.

Coutra Collyridianos hæreſim 79. lib. 3. Tom. 3.

Petrus item & Andreas, Iacobus et Iohannes, Philippus & Bartholomeus, Thomas, Mattheus, et Iacobus Alphæi, & Iudas Iacobi, & Simõ Cananæus & Matthias qui in complementum duodecim electus eſt, hi omnes electi ſunt *Apoſtoli* ſacrificantes, *ἱερουργοῦντες* per terram Euangelium, vnà cum Paulo & Barnaba, ac reliquis, myſteriorum duces, *μυστηρίων ἀρχηγέται*, cùm Iacobo fratre Domini, & primo Epiſcopo Hieroſolymorum. A quo Epiſcopo & prædictis Apſtolis *conſtituta ſunt ſucceſſiones*

nes

Digitized by Google

nes epiſcoporum & presbyterorum in domo Dei.

IDEM.

Ordinauimus (de ſeipſo ſcribit Epiphanius) in monaſterio fratrum peregrinorum *Diaconum*, & poſtquã miniſtrauit rurſum *presbyterum*. Cũ enim vidiſſem quia multitudo ſanctorum fratrum in monaſterio conſiſteret, & ſancti presbyteri Hieronimus & Vincentius propter verecundiam & humilitatem nollẽt debita nomini ſuo exercere ſacrificia, & laborare in hac parte miniſterij, quæ Chriſtianorum præcipua ſalus eſt, inuenire autem & comprehendere ſeruum Dei non poſſes, qui te, eò quòd graue onus *ſacerdotij nollet ſuſcipere*, ſæpè fugiebat: ſed nec alius quis epiſcoporum facilè eum reperiret. Cum igitur celebraretur collecta in Eccleſia villæ, quæ iuxta monaſterium noſtrũ, ignorantẽ eum, & nullam penitus habentem ſuſpicionem,

In Epiſt. ad Iohannem Epiſcopum Hieroſolimitanum.

nem, per *multos diaconos* apprehendi iuſsimus, & teneri os eius, ne fortè liberari ſe cupiens adiuraret nos per nomen Chriſti, & *primùm diaconum ordinauimus*, proponentes ei timorem Dei, & compellentes vt miniſtraret: Valde quippe obnitebatur, indignum ſe eſſe conteſtans. Vix ergo compulimus eum, & perſuadere potuimus teſtimonijs ſcripturarum, & propoſitione mandatorum Dei. Et cùm miniſtraret in ſanctis ſacrificijs, rurſus eum ingenti difficultate, retento eius ore, *ordinauimus presbyterum*, & ijsdem verbis, quibus antea ſuaſeramus, impulimus, vt ſederet *in ordine presbyterij*.

IDEM.

Lib. 3. tom. 2. contra Collyridianos hæreſim 79.

Neque *diaconis* in Eccleſia concreditum eſt, vt aliquod myſterij perficiant, ſed ſolùm vt adminiſtrent, & exequantur commiſſa.

IDEM.

Digitized by Google

IDEM.

Aliqui non rectè, ſed iuxta quandam mentis præſumptionem tyrãnicè præter veritatem iuueniliter agunt, quemadmodum *Zaccheus*, qui nuper mortuus eſt in montana circa Hieroſolyma regione, qui penitùs cum nullo homine preces faciebat. ſed ob eandem cauſam audenter ſancta myſteria contrectabat, & *ſacrificia, cum laicus eſſet, impudenter* tractabat. Ad finem lib. 3. contra hæreſes.

IDEM.

Sæpe in ſuam Eccleſiam ingrediuntur lampades ferentes ſeptem virgines, quædam albis veſtibus indutæ & populo vaticinentur. Hæ verò modum quendam afflationis à numine præſentibus populis oſtendentes, fraudem operantur, ploratumque edunt velut pœnitentiæ miſeriam agentes, lachrymas fundentes, & in habitu quodam vitam humanam deplorantes. *Epiſcopi* quoque apud ipſos Lib. 2. to. 1. cõtra hæreſim quadrageſimã nonam. Hæretici ſunt qui mulieribus ſacra agere concedunt.

ſunt mulieres, & presbyteri mulieres, & alia, quæ nihil differre dicũt. In Chriſto enim Ieſu neque maſculus, neque fœmina. Contrà quos ait: *Tota fraus hominum eſt in eo*, quod defecerunt à recta fide, & conuerſi ſunt ad deſperationem, & ad differẽtias afflationum & actionum. Debacchantur enim ſemper mentes, veritatis anchoram non continentes: ſed ſeipſos vẽto permittentes. Etſi enim mulieres apud ipſos *in Epiſcopatum & presbyterium ſubrogantur*: propter Euam audiuit tamen dominum dicentẽ: Ad virum tuum refugium tuum, & ipſe tibi dominabitur. Latet itẽ ipſos Apoſtolicus ſermo: *Mulieri non permitto loqui*, neque authoritatem in virũ habere. Et rurſus: Non enim eſt vir ex muliere, ſed mulier ex viro. Et Adam non eſt deceptus, ſed Eua prima decepta in transgreſsione fuit.

Cõtra hęr. 79. lib. 3. om. 2.

IDEM.

Primum quidęm ſtatim conſideremus

remus ab æterno vſque in hunc diē, cui non manifeſtum eſt, quòd dæmoniorum eſt doctrina & forma, & abalienata trangreſsio? Deo enim ab ęterno nullatenus *mulier ſacrificauit*: non ipſa Eua, & quidem in transgreſsione conſtituta. At non auſa fuit ampliùs talem impiam aggreſſionem perficere. Non vna ex ipſius filiabus vſque ad Ieſum ſacerdotem magnum, Eſdramq; ſacerdotem & alios: & *nuſquam mulier ſacrificauit, aut ſacerdotio functa eſt*. Deueniā autem & ad nouum teſtamentum. Si mulieribus præceptum eſſet *ſacrificare Deo, aut regulare quicquam operari in Eccleſia*, oportebat magis ipſam Mariam ſacrificium perficere in nouo teſtamento, quæ digna facta eſt ſuſcipere in proprijs finibus vniuerſorum regem Deum, cœleſtem filiū Dei: cuius vterus templum factū eſt, ac domicilium ad Domini in carnē diſpenſationem, per Dei benignita-

Mulieri nūquā licuit ſacrificare, aut Sacerdotio fungi.

tem & admirandum myſteriũ præparatus eſt. At non complacuit. *Sed neque baptiſma dare concreditum eſt*: alioqui potuiſſet Chriſtus ab ipſa baptizari potius, quàm à Ioanne. Fuerunt autem *filiæ Philippo* Euangeliſtę prophetantes, non *tamen ſacrificantes*. Et erat Anna propheteiſſa, filia Phanuelis: ſed *non ſacrificium concreditum* habuit. Et miniſtrarum quidem *Diaconiſſarum appellatarum* ordo eſt in Eccleſia, ſed non ad ſacrificandum, neque vt quicquam aggredi permittantur: verùm reuerentiæ gratia muliebris generis, aut propter horam balnei, aut viſitationis, affectionis aut laboris. Et quando fuerit nudatum corpus mulieris, ne â viris ſacrificantibus conſpiciatur, ſed â miniſtrante muliere, cui præcipitur â ſacerdote, vt curam gerat ad tempus indigentis mulieris, in tempore denudationis corporis ipſius, ita vt ordo, bonæ diſciplinæ, & Eccleſia-

cleſiaſticæ cõſtitutionis, valde ſciẽtificæ munitus ſit in menſura regulę. Quapropter neque *permittit diuina ſcriptura mulieri, vt in Eccleſia loquatur*, neq; vt viro dominetur. Et multa poſſunt de hoc dici. Obſeruandũ autem eſt, quòd Diaconiſsis ſolùm indiguit Eccleſiaſticus ordo, viduasque eas nominauit, & ex his adhuc ſeniores, aniculas: nuſquam *autem presbyteridas aut ſacrificulas conſtituit.* καὶ τούτων τὰς ἔτι γραιτέρας πρεσβύτιδας οὐδαμοῦ δὲ πρεσβυτερίδας, ἢ ἱερίσσας προσέταξε.

IDEM.

Diaconiſſæ conſtituuntur in miniſterium mulierum ſolùm, propter reuerentiam, ſi opus fuerit, balnei gratia, aut viſitationis, aut inſpectionis corporum. Et ipſæ ſunt etiam, quæ in vnis nuptijs continenter ſe habuerunt, aut ab vnis nuptijs viduitatem ſeruarint, aut ſemper virgines ſint.

Ad finem lib. 3. ad eãdem hæreſim.

IDEM.

In Anacephaleoſi 80. hæreſeon.

Mulieribus tribuunt (de Pepuzianis hæreticis loquitur) vt imperent, & *ſacerdotio* fungantur.

S. Iohannes Chryſoſtomus Archiepiſcopus Canſtantinopolitanus vixit anno 414.

Tomo quinto, li. 3. Dialog. ex verſione Germani Brixii, De ſacerdotio.

Sacerdotium ipſum *in terra quidem peragitur*, ſed in rerum cœleſtiũ claſſem, ordinemq́; referendum eſt. Atque id perquàm meritò: quippe non mortalis quiſquam, non Angelus, nõ Archangelus, non alia quæuis creata potentia: ſed ipſe *Paracletus ordinem huiuſmodi diſpoſuit*: qui mortalibus hominibus etiamnum in carne manentibus auctor fuit, vt Angelorum miniſterium animo conciperent. Idcirco neceſſe eſt ſacerdotem ſic eſſe purum, vt ſi in ipſis cœlis collocatus, inter cœleſtes illas virtutes medius ſtaret. Terribilia namque at-

que

que horrifica fuiſſe ferunt, quæ gratiæ tempus præceſſerunt, quod genus fuere tintinabula, mala punica, lapides pectori ſacerdotis, itemque alij humeris eiuſdem ſuperpoſiti, mitra, ſtrophium, veſtis ad pedes vſq; dimiſſa, lamina aurea, ſancta ſanctorum, ingens intùs quies atque ſilentium. At verò ſi quis ea, quæ gratiæ tempus nobis aduexit, examinet, terribilia atque horrifica quæ dixi, iudicabit eſſe admodum leuia, ac quod de lege à Paulo dictum eſt, hîc demum verum eſſe comperiet. Quãdoquidem ne glorificatum quidẽ fuit, quod glorificatum eſt in hac parte, propter eminentem gloriam. Nam dum conſpicis dominum immolatum, *ſacerdotem ſacrificio incumbentẽ, ac preces fundentem*, tum verò turbã circumfuſam pretioſo illo ſanguine intingi ac rubefieri, etiàm ne te inter mortales verſari, atque in terra conſiſtere cenſes? an non potius eueſti-

gio in cœlo transfertis? An non carnis cogitationem omnem abijciens, nudo animo, mente pura circumſpicis quę in cœlo ſunt? O miraculum, ó Dei benignitatem, qui cum patre ſurſum ſedet, in illo ipſo temporis articulo omnium manibus pertractatur: ac ſe ipſe tradit volentibus ipſum excipere ac complecti. Fit id nullius præſtigijs, ſed apertis & circumſpicientibus circumſiſtentium omnium oculis. Num tibi iſta contemptu ac deſpectu digna eſſe videntur? aut eiuſmodi, vt poſsit quis contra ea attolli atq; inſurgere? Vis ne & ſanctimoniæ iſtius excellentiam alio miraculo perſpicere? Ponito ob oculos Heliam illum, prętereа & infinitam illam turbam circumfuſam, & ſacrificium lapidibus ſuper poſitum, tum verò reliquos omnes admodum quietos ac taciturnos, ſolum autem prophetam preces fundentem, ſecundum id flammam de

repentè

repentè è cœlo delabentem, ſacrificiumq́; ipſum lábentem: mira ſunt iſta profectò, ac ſtupore omni plena. Ab illis ergo ſacris ad noſtratia ſacra te transfer, nec ea mira modò eſſe videbis, ſed etiam omnem ſtuporem excedentia. *Adeſt enim ſacerdos* non ignem geſtans, ſed ſpiritum ſanctũ: is preces diuturnas fundit, nõ quòd flamma cœlitus delapſa, ſacra appoſita abſumat: ſed vt gratia in ſacrificium influens, per illud ipſum omnium animos inflammet, & puriores reddat argento igni excocto purgatoq́; Hoc ergo myſterium omniũ maximè horrendum verendumque quis tandem, qui inſanus idem minimè ſit, quiq; è poteſtate non exierit, faſtidire ac deſpicere poterit? Ignoras futurum nunquam fuiſſe, vt humanus animi captus ſacrificij ignem illum ſuſtineret: ſed funditus omnes tum fuiſſe interituros, niſi magnum diuinæ gratiæ auxilium

aſſuiſſet.

aſſuiſſet? Nam ſi quis cōſideret, quãtum id ſit miſteriũ, vt is ſcilicet qui homo ipſe ſit, carne ac ſanguine etiamnum conſtans, ijsq; inuolutus, beatæ atque immortali naturæ illi fieri propior queat, tum probè intelliget, quanto *ſacerdotes honore*, quanta dignitate Spiritus ſancti gratia dignata fuerit. Operãtibus enim illis, tum ſacra hæc quæ dico, initiantur perficiunturq;: tum etiam alia his nihilo inferiora, quæ ipſa ad dignitatis ſalutisque noſtræ rationem ſpectant. Etenim qui terram incolunt, atque in ea verſantur, ijs commiſſum eſt, vt ea quę in cœlis ſunt, *diſpenſent*, *ijs datum eſt, vt poteſtatem habeant, quam Deus optimus neque Angelis, neq; Archangelis datam eſſe voluit*: neq; enim ad illos dictum eſt: Quæcunque alligaueris in terra, erunt alligata & in cœlo, & quæcunq; ſolueris in terta, erunt ſoluta & in cœlo. Habent quidem & tereſtres principes vincu

Expreſſe diſtinguit Sacerdotes à Laicis & principibus.

li

ſi poteſtatem, verum corporum ſo-lùm. Id autem quod dico *ſacerdotum vinculum ipſam etiãm animam* contingit, atque ad cœlos vſque peruadit: vſque adeo vt quinque *infernè ſacerdotes confecerint*, illa eadem Deus ſupernè rata habeat, ac ſeruorum ſententiam dominus confirmet.

IDEM.

Hoc autem non ſimpliciter dixit, ſed oſtendere cupiens, quòd *maius ſit ſacerdotium noſtrum* quàm Iudæorum, at in ipſis typis perueniens rerũ excellentia declaratur. Nam Abrahã Iſaac erat pater, auus Iacob, proauus Leui, ſiquidem Iacobi filius erat Leui. Ex Leui ſacerdotium apud Iudæos ſumpſit originem. Verùm hic Abraham progenitor Leuitarum ac *Iudaicorum ſacerdotum*, ſub Melchiſedech, qui typũ gerebat noſtri ſacerdotij, *laici locum obtinuit*, idq; dupliciter modò declarauit. Primum quòd illi dederit decimas. Nam *laici ſacerdotibus*.

In oratione quarta aduerſus Iudæos.

Melchiſedech typũ geſsit noſtri Sacerdotii.

dotibus dabant decimas. Deinde quòd benedictionem acceperit ab eo. Etenim *laici à ſacerdotibus* benedictionẽ accipiunt. Rurſum conſidera quanta ſit excellentia noſtratis ſacerdotij, quandoquidem Abrahá patriarchá Iudæorum, progenitor Leuitarum, comperitur benedictionem accipere à Melchiſedech, illiq; dare decimas. Nam horum vtrumque narrat vetus teſtamentum, & quòd Melchiſedech benedixerit Abrahæ, & quòd decimas ab eo acceperit.

IDEM.

Hom. 60. in Mat. de indignè ſumentibus ſancta myſteria. Non ſunt humanæ virtutis opera præpoſita, qui tum ipſa *fecit in illa cœna, idem ea nunc quoque facit*. Nos *miniſtrorum tenemus* locum. Qui verò ea ſanctificat & immutat, ipſe eſt.

Sacerdotes miniſtrorũ tenẽt locũ.

IDEM.

Ibidẽ paulò inferiùs. Verùm & tu *laice cùm ſacerdotem* videris offerentem, ne vt ſacerdotẽ eſſe putes hoc facientem propria *autho-*

Digitized by Google

authoritate ſed Chriſti manum inuiſibiliter extenſam. Sicut enim cum baptizaris, ipſe te non baptizat (tanquam author) ſed Deus eſt.

IDEM.

Non homo eſt, qui propoſita de conſecratione menſæ Domini *corpus Chriſti facit & ſanguinem*: ſed ille qui crucifixus pro nobis eſt Chriſtus. *Sacerdotis ore verba* proferuntur, & Dei virtute conſecrantur & gratia. Hoc eſt, ait, corpus meum. Hoc verbo propoſita conſecrantur. Homilia de proditione Iudæ.

IDEM

Volo quiddam adijcere planè mirabile, & nolite mirari, neque turbemini. Quid verò iſtud eſt? Sacra ipſa oblatio, ſiue illam Petrus, ſiue illam Paulus, ſiue cuiſuis meriti *ſacerdos offerat*, eadem eſt, quam dedit Chriſtus ipſe diſcipulis, *quamq́ſacerdotes modò quoque conficiũt.* Nihil habet iſta, quàm illa minus. Hom. 2. ad c. 1. Epiſt. 2. ad Timo. Sacerdotes conficiunt ſacram oblationem.

Cur

Cur id? Quia non hanc ſanctificant homines, ſed Chriſtus, qui illam antè ſacrauerat. Quemadmodũ enim verba, quæ locutus eſt Chriſtus, eadem ſunt quæ *nunc ſacerdotes quoque pronunciant*: ita & oblatio eadem eſt, eademq́; baptiſmi ratio eſt, adeo omnia in fide cõſiſtunt. Et hoc igitur Chriſti corpus, & illud eſt. Qui autẽ hoc illo minus aliquid habere putat, ignorat Chriſtum eſſe, qui nunc etiam æquè operatur.

IDEM.

De verbis Eſaiæ. Homil. 4.

Alij ſunt *termini regni*, alij termini *ſacerdotij*. Hoc regnum (id eſt Sacerdotium) illo maius eſt. Neque enim ex his, quæ videntur hîc, declaratur Rex, neque è gemmis illi affixis, neque ex auro quo amictus eſt, debet æſtimari Rex. Ille quidẽ ea, quæ ſunt in terris, ſortitus erat adminiſtranda: *cæterùm Sacerdotij ius è ſupernis deſcendit:* Quęcunquę ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo. Regi

ea,

ea,quę hîc ſunt,commiſſa ſunt:mihi cœleſtia. *Mihi cum dico,Sacerdotem intelligo*.Itaque cùm videris ſacerdotem indignum,ne traducas *Sacerdotium*.Non enim oportet dânare res, ſed eum,qui re bona malè vtitur. Quandoquidem & Iudas proditor fuit,verùm non ob id accuſatur *ordo Apoſtolicus*,ſed illius animus:nec crimen *eſt ſacerdotij*,ſed malum animi. Et tu igitur ne *Sacerdotium* vituperes,*ſed Sacerdotem* malè re bona vtẽtem.Etenim ſi quis tecum diſputet, dicatq́;:vidiſti illum Chriſtianum? reſpõdeto:at ego nõ de perſonis,ſed de rebus tibi loquor. Alioqui quot medici facti ſunt carnifices, ac vene na pro pharmacis dederunt? Non tamen artem vitupero ſed malè vtẽtem arte. Quot nautæ malè rexerunt nauigia? verùm non ars nauigandi mala eſt,ſed illorũ animus.Si Chriſtianus fuerit improbus, ne incuſes *profeßionẽ ac Sacerdotium*,ſed re bona

Sacerdoti commiſſa ſunt cœleſtia, Regi terrena.

Digitized by Google

na vtentem malè. *Regi corpora commiſſa ſunt, ſacerdoti animæ.* Rex maculas corporum remittit, ſacerdos maculas peccatorum. Ille cogit, hic exhortatur: ille neceſsitate, hic conſilio: ille habet arma ſenſibilia, hic arma ſpiritualia: ille bellum gerit cûm Barbaris, mihi bellum eſt aduerſus dæmones. Maior hic principatus: propterea Rex *caput ſubmittit manui Sacerdotis*, & vbiq; in veteri ſcriptura *Sacerdotes vngebant reges.*

S. Auguſtinus Epiſcopus Hipponenſis Vixit anno 415.

Lib. 4. Veteris & noui teſtamẽti cap. 93.

Inſpiratio hæc (Accipite Spiritũ ſanctum, cuius tenueritis peccata, tenebuntur) *gratia quadam eſt, quæ per traditionem infunditur ordinatis*, per quam commendatiores habeantur: Vnde Apoſtolus dicit ad Tim.

Gratia quędam infunditur ordinatis.

Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per impoſitionem manuum presbyterij. Semel ergo

Digitized by Google

go fieri oportuit, vt de cætero traditio iſta nō ſine dono Spiritus ſancti eſſe credatur. Sicut enim in Saluatore forma data eſt viſibiliter, vt poſt Baptiſmum Spiritus ſanctus credentibus de cætero inuiſibiliter dari nō ambigeretur: ita & in ſupradicta cauſa forma *data eſt in principio vt ex eo traditioni Eccleſiaſtica Spiritum ſanctum* infuſus credatur.

IDEM.

Vtrumque (Ordinatio, & Baptiſmus) *Sacramentum eſt*, & quadā conſecratione vtrumq; homini datur: *illud cùm baptizatur, iſtud cùm ordinatur*: ideoq; in Catholica vtrumq; nō licet iterare. Lib, 2. cap. 13. aduerſus Permenianum.

IDEM.

Cùm hoc expedire videatur Eccleſiæ, vt præpoſiti eorū (Donatiſtarum) venientes ad Catholicam ſocietatem, honores ſuos ibi non adminiſtrent: non eis *tamen ipſa* Ibidē paulò pòſt.

ordina-

ordinationis Sacramenta detrahuntur, ſed manent ſuper eos: Ideoq́; non eis in populo manus imponitur, ne non homini, ſed ipſi *Sacramento fiat* iniuria.

IDEM.

De bono coniugali cap. 24

In *ordinatis manet Sacramentum ordinationis*, etſi aliqua culpa quiſquã ab officio remoueatur. Sacramento Domini ſemel impoſito nõ carebit, quamuis ad iudicium permanebit.

IDEM.

De ſchiſmate Donatiſt. lib. 1, Epiſt. 48.

Donatiſtas magis hinc arguimus, quia cùm apud Imperatorem vltrò Cæcilianum accuſaſſent, quem primô vtique apud collegas transmarinos conuincere debuerant, ipſo autem Imperatore longè ordinatiùs agente, vt *Epiſcoporum cauſam ad ſe delatam ad Epiſcopos mitteret*: nec victi pacem cum fratribus habere voluerunt, ſed rurſus ad eundem Imperatorem venerunt, rurſus non Cæcilianum tantùm, verùm etiam *datos*

ſibi

ſibi Epiſcopos Iudices apud terrenum regem accuſauerunt, rurſus ab alio *Epiſcopali iudicio* ad eundem Imperatorem appellauerunt.

IDEM.

Tom.7. de Baptiſ. contra Donatiſtas, lib.1. cap.1.

Sacramentum Baptiſmi eſt, quod habet qui baptizatur. *Et ſacramentum dandi Baptiſmi* eſt, quod *habet qui ordinatur*. Sicut autem Baptizatus, ſi ab vnitate receſſerit, Sacramentum Baptiſmi non amittit: *ſic etiam ordinatus, ſi ab vnitate receſſerit, Sacramentum dandi Baptiſmi non amittit.* Nulli enim Sacramento iniuria facienda eſt, ſi diſcedit à malis, vtrũq; diſcedit, ſi permanet in *malis*, vtrumque permanet. Sicut ergo acceptatur Baptiſmus, quem nõ potuit amittere, qui ab vnitate diſceſſerat: ſic acceptandus eſt Baptiſmus, quem dedit ille, qui Sacramentũ dandi cũ diſcederet, non amiſerat. Nam ſicut redeuntes, qui priuſquam recederent baptizati ſunt, *non vtiq; rurſus ordinan-*

Qui ordinatur, ſuſcipit Sacramentũ dandi Baptiſmi, ſcilicet ex officio. Semel ordinatus, etiã ab Eccleſia recedens, Sacramentũ retinet. Quibus in rebus conformia ſint Sacramẽta Baptiſmi & ordinis.

tur,ſed aut adminiſtrant quod admi-niſtrabant, ſi hoc Eccleſiæ vtilitas poſtulat,aut ſi non adminiſtrant *Sacramentum ordinationis ſuæ*,tamen gerunt,& ideo eis manus *inter laicos* non inponitur.

IDEM.

Tom. 4. quæſtionū ex vtroque Teſtamento q 101. Sacerdotes Leuitis & presbyteri] Diaconis ſuperiores ſunt.

Quidam qui nomen habet Falcidij,duce ſtultitia,& ciuitatis Romanæ iactantia,*Leuitas Sacerdotibus, & Diaconos Presbyteris coaquare contendit*,non dicam præferre: quia ſtultius eſt, & fortè incredibile videtur, vt nos non emēdatores, ſed calumniatores habeamur. Qua igitur lege,quáue conſuetudine,quónam exemplo hoc aggredi audeat, nullum ſcire arbitror, vt iſtos, quibus conſeſſus in Eccleſia datus eſt, minimè his coæquet,*qui propter quòd Antiſtites Dei ſunt, in domo Dei & in honore Chriſti cum dignitate conſiſtunt. Qua audacia eſt presbyteris miniſtros ipſorū pares*

pares facere? Quæ temeritatis præſumptio, Sacerdotibus baiulos tabernaculi, & omnium vaſorum eius, & lignorum conciſores, & portitores aquæ conferre?

IDEM.

Quanta autem ſit dignitas ordinis Sacerdotalis, cauſa oſtendit Caiphæ, qui cùm eſſet homo peſsimus, prophetauit. Quare? *Quia princeps, inquit, erat Sacerdotum*. Et iterum multum diſtare inter *diaconum & ſacerdotem* liber approbat, quem dicimus Acta Apoſtolorum. Cùm enim ex Samaria credidiſſent Philippo prædicanti Diacono ab Apoſtolis ordinato, miſerunt, inquit, ad Petrum & Iohannem, vt venirent, & his qui crederent, darent Spiritum ſanctum per manus impoſitionem. Sed inſcij, credo, ſcripturarum, aut immemores legis hæc defendunt. Recordari ergo debet, qui iſta putat aſſerenda quid Leuitis

Ibidem.

Acto. 8.

In ſcriptura quędam functio reſeruata fuit Apſto. lis, quæ nō conueniebat Diaconis.

acciderit, cùm taliter ſaperent. Cùm
Num.16. enim nihil *inter Sacerdotes & Leuitas* intereſſe præſumerent, Deo iudice hiatu terræ abſorpti ſunt Chore & conſentientes ei, & ducentos quinquaginta viros torrēs ignis ſimul cō
2.Para.26. ſumpſit. Et Ozias rex *cùm opus ſacerdotale præſumeret*, lepra perfuſus eſt, vt hoc vtique exemplo cæteri territi non audeant, quod ſibi conceſſum non eſt, præſumere. Nunc *enim videmus Diaconos temerè, quòd Sacerdotum eſt agere per cōuiuia*, & in oratione id velle, vt reſpōdeatur illis, cùm iſtud *ſolis liceat Sacerdotibus*. Diaconi ergo ordo eſt, accipere à Sacerdote, & ſic dare plebi. Vides quid pariat vana præſumptio. Immemores enim elatione mentis eò quòd videant Romanæ Eccleſiæ ſe eſſe miniſtros, nō conſiderant, quid illis à Deo decretum ſit, & quid debeāt cuſtodire: ſed tollunt hæc de memoria aſſiduæ ſtationes domeſticæ & officialitas, quę
per

per ſuggeſtiones malas ſeu bonas nunc plurimum poteſt. Aut timentur enim, ne malè ſuggerát, aut emũtur vt præſtent. Hi ſunt, *qui faciũt eos ordinis ſui non conſiderare rationem.* Dum enim per adulationem obſequuntur illis illicitè, pręcipites illos faciunt, vt plus ſibi putẽt licere: quippè cùm videant non ſic deferri ſacerdotibus, ac per hoc anteferri ſe putant. Sed *teſtimonio*, inquit, *Diaconi fit Presbyter*, quaſi iſtud ad prærogatiuã pertineat magnitudinis. Legimus enim ad plebem dixiſſe Petrum Apoſtolũ: Eligite, inquit, ex vobis, quos cõſtituamus deſeruire miniſtris Eccleſiæ; noto dicere, menſis. *Ecce laicorum teſtimonio creati ſunt* Diaconi. *Et Apoſtolus eum, qui ordinandus* dicitur Epiſcopus, etiam teſtimonium vult habere gentiliũ. Sic enim ait: Oportet enim hunc & teſtimonium habere bonum ab his qui foris ſunt. Omnium ergo eſt teſtimonium dare, &

Quid de laicis noſtri temporis iudicãs qui ſacerdotalia exequi conãtur officia.

Acto. 6.

1. Tim. 3.

 non

non tamẽ omnes hoc honore digni ſunt. Iudicare enim omnes poſſunt, & nõ tamẽ omnes poſſunt eſſe quod iudicant. Poteſt enim pictor iudicari bonus, & prȩferri alteri ab illo qui pingere neſciat, & choraula melior alio Choraula approbari, ab eo qui alterius eſt artis: *Ita & teſtis poteſt eſſe creandi presbyteri, qui inferior ordine eſt.* Et iterum quo inflentur & putent ſibi multum deberi à nobis. Perducuntur enim, inquiunt, qui ordinandi ſunt, vt dum lateri illorum ſepti ſunt, honore digni videantur. Fateor facti eorum eſſe, ſed quaſi officialis. *Ab Epiſcopo enim mittitur, vt obſequium præbeat ordinando.* Nam & Imperator vt Imperator appareat, ordinatur obſequio militari, non tamen melior nec par eſt exercitus Imperatori. Nam & Aman cùm eſſet clarus in honore militari, à rege miſſus eſt, vt Mardocheo in obſequium iret, vt quantum dignus eſſet

Mar-

Digitized by Google

Mardocheus, ex huiuſmodi obſequijs noſceretur. Ita & Diaconi creandis *Presbyteris in obſequium* mittuntur, vt dignos *eos fieri ſacerdotes* omnes intelligant. *Exceptis enim Sacerdotibus*, quibus obſequium debent, omnibus *præponuntur Diaconi.*

Sacerdotes præponuntur diaconis.

Tom. 1. Cõciliorum.

Con. Carthag. 4. c. 3.

IDEM.

Presbyter quum ordinatur, Epiſcopo eum benedicente, & manum ſuper caput eius tenente, etiam *omnes presbyteri qui præſentes ſunt*, manus ſuas iuxta manus Epiſcopi ſuper caput illius teneant.

Cæremoniæ in ordinatione presbyteri.

Ibidē ca. 4.

IDEM.

Diaconus cùm ordinatur, ſolus Epiſcopus, qui eum benedicit, manum ſuper caput illius ponat, quia non ad Sacerdotium, ſed ad miniſterium conſecratur.

Cæremoniæ in ordinando diacono.

Sacerdotiū & diaconatus diſtinguuntur.

Ibidē ca. 5.

IDEM.

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impoſitionem non accipit, patenam *de Epiſcopi* manu acci-

Cæremoniæ in Subdiaconi ordinatione

piat vacuam,& calicem vacuũ. De manu verò Archidiaconi, vrceolum cum aqua,& mantile, & manutergium.

IDEM.

Ibidẽ c. 6. Cæremoniæ in ordinando Acolytho.

Acolythus cùm ordinatur,ab Epiſcopo quidem doceatur, qualiter in officio ſuo agere debeat. Sed ab *Archidiacono accipiat cariferarium* cum cæreo,vt ſciat ſe ad accendenda Eccleſiæ luminaria mancipari. Accipiat& vrceolum vacuum,ad ſuggerendum vinum in Euchariſtiã ſanguinis Chriſti.

IDEM.

Ibidẽ ca. 7. Quæ cæremoniæ in Exorciſta ordinãdo. Ordinatione datur poteſta in Energumenos.

Exorciſta cũ ordinatur, accipiat de manu *Epiſcopi libellum*,in quo ſcripti ſunt exorciſmi,dicente ſibi Epiſcopo:Accipe & commenda memoriæ,& habeto poteſtatem imponendi manus ſuper Energumenum,ſiue baptizatum,ſiue Catechumenum.

IDEM.

Ibidẽ ca. 8. *Lector quum ordinatur*,faciat de il-

lo

lo verbum Epiſcopus ad plebẽ, indi- In lectore
cans eius fidem, ac vitam atque inge- ordinãdo
nium: Poſthæc, *ſpectante plebe* tradat quæ ſeruen
ei codicem, de quo lecturus eſt, dicẽs tur.
ad eum: Accipe & eſto lector verbi
Dei, habiturus, ſi fideliter & vtiliter
impleueris officium, partẽ cum eis,
qui verbum Dei miniſtrauerunt.

IDEM.

Oſtiarius cùm ordinatur, poſtquã Ibidẽ ca. 9. De Oſtiarii ordinatione.
ab Archidiacono inſtructus fuerit,
qualiter in domo Dei debeat cõuerſari, ad ſuggeſtionem Archidiaconi
tradat ei *Epiſcopus claues* Eccleſiæ de
altario dicens: Sic age, quaſi redditurus Deo rationẽ, pro his rebus, quæ
his clauibus recluduntur.

IDEM.

Aliud eſt bene viuere, & aliud *potestatem alicuius officij accipere*. Sicut Tom. 4. quæſt. ex veteri teſtamento q. 46.
enim qui ſacerdos eſt, non ex eo vitam ſuam commendatam putare debet ita & qui ſanctæ conuerſationis
& vitæ eſt, non iam ex eo *ſibi Sacer-*

dotium vendicare debebit. *Quamuis enim bonum ſit Sacerdotium*, tamen malum erit ei, cui conceſſum non eſt, & præſumit. Nam ſi reſpiciamus quod ſcriptũ eſt de ſancto Samuele, videbimus quale teſtimonium det ei ſcriptura, dicens: Et innotuit, inquit, omni populo, quoniam fidelis eſt Samuel Propheta Domino. Et in Pſalmo, Fiant, inquit, Moyſes & Aaron in Sacerdotes eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Quis non *aduertat ex hac diſtinctione diuiſas eſſe perſonas dignitatum cauſa*, vt Moyſes & Aaron Sacerdotalem dignitatem adepti noſcantur, *Samuel verò inter* Prophetas DEO dignus extitiſſe habeatur.

Malum eſt ei fungi Sacerdotio cui conceſſum nõ eſt.

Samuel propheta.

Ibidẽ q. 31. Num. 6.

IDEM.

Denique dictum eſt à Deo in Numeris ad Moyſen & Aaron Sacerdotes: Vos ponite nomen meum ſuper filios

Per miniſterium ordinantis, transfundi tur gratia.

filios Iſraël ego Dominus benedicã eos: vt *gratiam traditio per miniſteriũ ordinantis transfundat hominibus, nec voluntas Sacerdotis obeſſe aut prodeſſe poßit*, ſed meritum benedictionem poſcentis. Quanta autem ſit dignitas ordinis ſacerdotalis, hinc aduertamus. Dictum eſt enim de nequiſsimo Caipha interfectore Saluatoris inter cætera: Hoc autem à ſemetipſo non dixit: ſed cùm eſſet princeps ſacerdotum anni illius, prophetauit. Per quod oſtenditur *Spiritum gratiarum* non perſonam ſequi, aut digni aut indigni, *ſed ordinationẽ traditionis*: vt quamuis aliquis boni meriti ſit, non tamen *poßit benedicere, niſi fuerit ordinatus, vt officium miniſterij exhibeat.* Dei autem eſt effectum tribuere benedictiones.

Iohan. 11.

Spiritus gratiarum poteſtatis ſacerdotalis, perſonã digni vel indigni nõ ſequitur, ſed legitimam ordinationem.

Tom. 6. de hæreſib. ad quod vult Deum. Hæ. 27.

IDEM.

Pepuziani à loco quodam nomi-

nati ſunt, quam ciuitatem deſertam dicit Epiphanius. Hanc autem iſti diuinum aliquid eſſe arbitrantes, Hieruſalem vocant, *tantùm dantes mulieribus principatum, vt Sacerdotio* quoque apud eos honorentur.

IDEM.

Tom.5. de ciuit. Dei lib. 20. c. 21. Comparauit autem Dominus illos, tanquam per ſimilitudinem, filijs Iſrael, offerentibus ei ſuas hoſtias, cum pſalmis in domo eius, quod vbiq; iam facit Eccleſia, & promiſit ab ipſis ſe *accepturum ſibi ſacerdotes &* leuitas, quod nihilominus fieri nunc videmus. Non enim ex genere carnis & ſanguinis, ſicut erat primùm ſecundum ordinem Aaron, ſed ſicut oportebat in Teſtamento nouo, vbi ſecundum ordinem Melchiſedech ſummus ſacerdos eſt Chriſtus, pro cuiusque merito, *quod in eo gratia diuina contulerit, Sacerdotes & Leuitas elegit*, ſicut nunc videmus, qui non iſto nomine, quod ſępè aſſequuntur

Eſa. 66.

Sacerdotes noui teſtamenti.

indigni

indigni,ſed ea quæ nõ eſt bonis maliſq́; communis,ſanctitate penſandi ſunt.

IDEM.

Si autem prouidus & præſcius Deus eſt, permanſit qui ſtatuit,& ſi permanſit quod ſtatuit,*Samuel nõ egit ſacerdotium*,quia Dei non erat Sacerdos. In veteri enim lege naſci decreuit *Deus ſacerdotes*: in noua verò, fieri Dominus iuſsit Sacerdotes. Tom.4. q. veter. Teſt. q.46.

IDEM.

Vos *Presbyteri noſſe* debetis,& ſemper meminiſſe,quia nos,quibus regendarum animarum cura commiſſa eſt,pro his qui noſtra negligentia pereunt,rationem reddituri ſumus, pro his verò,quos verbis & exemplis lucrari fuerimus, pręmium æternæ vitæ percipiemus:nobis enim à Domino dictum eſt:Vos eſtis ſal terræ. Quod ſi populus fidelis, cibus eſt Dei,eiuſdem cibi condimẽtum nos ſumus.*Scitote veſtrum gradum, noſtro* Iuo ex dictis Auguſtini in 6. par. ca. 151. Matth.5.

gradui ſecundum, & penè coniunctum eſſe. Sicut enim *Epiſcopi Apoſtolorum* in Eccleſia, ita nimirũ *Presbyteri cæterorum* diſcipulorum Domini vicem tenent. Et illi tenent gradum ſummi Pontificis Aaron, iſti verò filiorũ eius. Vnde oportet vos ſemper memores eſſe tantæ dignitatis, *memores veſtræ conſecrationis memores ſacræ*, quam in manibus ſuſcepiſtis, *vnctionis*, vt nec ab eadem dignitate degeneretis, nec veſtram conſecrationem irritam faciatis, nec manus ſacro vnguine delibutas peccando polluatis: ſed cordis & corporis munditiã conſeruantes, plebibus exemplum benè viuendi præbentes, his quibus præeſtis, ducatum ad cœleſtia regna præbeatis.

Sacerdotes conſecrantur & vnguntur.

S. Maximus Epiſcopus Taurinenſis vixit anno 417.

Lib. 2. de Charitate. num. 21.

Miniſtri ſermonem, διακόνου λόγον

νον, patienter ſuſtine, qui ad ſacra certamina mentem perungens, cogitationes quoque affectibus plenas ab illa abigit. *Senioris* πρεσβυτέρου autem, qui rerum exiſtentium cognitionem prodit & detegit. Porrò *Epiſcopi*, vt ſacro vnguento exoptabilis cognitionis ſanctæ trinitatis te perfectum reddat.

IDEM.

Beatus *Laurentius* cùm in ſede glorioſiſsimi Patriarchæ *diaconatus fungeretur* officio, puritate innocentis vitæ, fortiſsimæq; mortis triumpho, Apoſtolico ſe conſortio copulauit. Nec immeritò eum Apoſtolorum ſupparem prædicamus, cui & caſtitas animi leuiticum miniſterium dedit, & plenitudo fidei martyrij cõtulit dignitatem. Quem venerabilis Xiſtus Romanæ vrbis Antiſtes, cùm impietatem ſæuientis mundi per tormenta ſuperaret, & regnis eſſet cœleſti-

Homi. 1. de natali D. Laurentii.

bus.

bus iam vicinus, videretq; eum paterna de morte triſtiſsimum, ita illũ ſpiritu præſcientiæ compellaſſe narratur: Noli fili mœſtus eſſe, poſt triduum me ſequeris. Vnde apparet, chariſsimi, beatum Laurentium, nõ de *ſacerdotis* ſui victoria habuiſſe triſtitiam, ſed doluiſſe, quia non etiam ipſe mundum cũ ſuo pariter ſacerdote vincebat.

Sozomenus vixit anno 426.

In Hiſt. Eccle. lib. 6. c. 17. de Baſilii & Gregorii Theologi ſocietate.

Gregorius autẽ, qui Epiſcopatũ Nazianzi, (quod eſt oppidũ paruũ) poſt patrem obtinuit, ea ipſa de cauſa cũm alia loca, tum Conſtantinopolim maximè omnium, vbi contineter ferè verſabatur, adijt, atq; breui pòſt *multorum Epiſcoporum ſuffragÿs* illius ciuitatis Epiſcopus deſignatus eſt.

IDEM.

Eodẽ lib. c. 24. de ſancto Ambroſio.

Atque non longo tempore pòſt iſte Auxentius è medio ſublatus eſt. Quo mortuo, *populus ad* ſeditionem conci-

concitatur, propterea quòd non vnum omnes ad Epiſcopatũ Mediolanenſis Eccleſiæ capeſſendum deligebant: vnde non parum ciuitati creatur periculi. Nam ſinguli, cùm eum quem cupiebant, ad Epiſcopatum efferre nõ poſſent, minas iactare, vti in eiſmodi tumultibus vſu venire ſolet, cœperunt. Itaq; Ambroſius tum gentis illius præfectus, veritus populi motum, profectus ad Eccleſiam, conſilium dedit, vt à contentione deſiſterent: redegit quoque eos in memoriam legum, concordiæ, & bonorum, quæ pax ſecum afferre ſolet. Ac nondum de his rebus finem dicendi fecerat, cùm ex improuiſo omnes ad eum, vtpote ſuaſorem concordiæ, *cõmunibus ſuffragijs epiſcopatum* deferunt, iubentque lauacro baptiſmatis tingi (adhuc enim haud fuerat noſtræ religionis initiatus myſterijs) atque vt ſacerdotium illud capeſſat obteſtantur. S. Ambroſio defertur epiſcopatus.

Vbi

Vbi verò ille hunc dignitatis gradum repudiare, diem de die ducere, & re ipſa eum refugere conaretur, populuſque inſtare pergeret, & non alia conditione quicquam de contentione ſua remiſſurum affirmaret, nunciata ſunt iſta principibus in palatio viris. Quæ ſimul ac ad aures Valentiniani Imperatoris perlata fuère, dicitur oraſſe Deum, & ei gratias egiſſe, quòd quem ipſe ad præfecturam gerendam extuliſſet, ille ad fungendum Sacerdotio delegerat. Atque de ardenti populi ad Ambroſium deſignandum ſtudio, & de illius recuſatione certior factus, coniectura ducebatur ad ſuſpicandum, Deum iſta ad concordiam in Eccleſia Mediolanenſi conciliandam prouidentia ſua adminiſtraſſe, & propterea quàm celerrimè eum *Epiſcopum creari* mandabat.

Amb. electus mandatur creari epiſcopus.

S.Pro-

Digitized by Google

S. Proclus Epiſcopus Conſtantinopolitanus vixit circa annum 428.

Multi quidem & alij diuini paſtores, qui *Apoſtolis ſucceſſerunt*, ac Eccleſiæ doctores, ſacrorum illius diuinæ Liturgiæ myſteriorum rationem explicantes, ſcriptis mandatam Eccleſiæ tradiderunt. In quibus primi & clariſsimi ſunt, Beatus *Clemens ſummi* illius Apoſtolorum diſcipulus *ac ſucceſſor*, qui ſacroſancta illa myſteria à ſanctis Apoſtolis ſibi reuelata, in lucem edidit: & Diuus Iacobus, qui in ſortem Eccleſiæ Hieroſolymitanæ adminiſtrandę vocatus fuit, quiq; huius *primus Epiſcopus* à primo illo & ſummo Pontifice Chriſto DEO noſtro *conſtitutus eſt*. Magnus porrò poſteà Baſilius hominum ſocordiam & ignauiá cõſpiciens, eoſq; nihil aliud, quã terrena & abiecta cogitãtes & ob id lon-

Tractatu de traditione diuinæ Liturgiæ.

Apoſtolorum ſucceſſores tradiderunt myſteriorum rationem.

longitudinis liturgiæ pertæſos, non quod ſuperuacaneum aliquid aut nimis longum continere eam arbitraretur: ſed vt ſimul orantium atq; audientium ignauiam atque pigritiam prçcideret, ꝑpterea quòd multum in ea temporis poneretur, breuiorem recitandam dedit. Etenim poſtquam ſeruator noſter in cœlum aſſumptus eſt, Apoſtoli priùs quàm per orbem terrarum diſpergerētur, conſpirantibus animis cōuenientes ad totò die orandum conuertebantur: & cùm multam conſolationem in myſtico illo *Dominici corporis ſacrificio poſitam inueniſſent*, fuſiſſimè & longa oratione Liturgiam decantabant. Hæc enim diuina ſacra vna cū docendi ratione coniuncta, cæteris rebus anteponenda exiſtimabant. Atque maiori & alacriori rerum diuinarum & ſacrificij ſacroſancti ſtudio & deſiderio flagrabant, & illud obnixè amplectebantur, qui in memoria

moria ſemper haberent verbum illud domini dicentis: Hoc eſt corpus meum. &, Hoc facite in meam commemorationem. &, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Quare & cõtrito ſpiritu multas preces decantabant, diuinum numē impensè orantes: quin etiam eos, qui ex Iudæis & Gentilibus recēter illuſtrati erant, ad religionem Dei, & pietatem erudiebāt, docebantq́; veteri doctrina relicta, ſacris illis & pietate plenis Liturgię myſterijs ſenſus ſuos & mentem imbuerēt. Per has igitur preces ſpiritus ſancti aduentum expectabant, vt eius diuina præſentia propoſitum *in ſacrificium panem* & *vinum aqua permixtū, ipſum* illud corpus & ſanguinem ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti efficiat. Qui quidem religioſus ritus obſeruatur ad hoc vſq; tempus, & ad finem vſque ſeculi florebit. At poſteri abiecta fidei firmitá

Apoſtoli conſecrarunt panē & vinum.

Digitized by Google

te & ſeruore, negotijs huiuſce ſeculi, & curis mundi mancipati & immerſi, Liturgiæ longitudinem (vt dixi) pertæſi, vix conueniebant ad audiēda Domini verba. Quare D. Baſilius medica quadam ratione vſus, breuiorem eam ac conciſiorem reddidit. Haud multò pòſt Pater noſter &c. Ioannes, cui aurea lingua cognomen dedit, curam *ouium, vt paſtorem decet*, magna alacritate animi ſuſcipiens, ac hominū naturæ ſocordiam atque ignauiam proſpiciens, fibras omnes, & radices huius prætextus ſathanici prorſus auellere voluit. Quare multa præcidit, & vt breuior eſſet conſtituit: ne ſenſim homines libertatem & otium maximè amplectentes, fallacibus & furioſis aduerſarij ſermonibus decepti, *ab hac apoſtolica & diuina* traditione deficerēt, quod multis ſæpè accidiſſe varijs in locis ad hunc vſque diem deprehendimus.

Pau-

Paulinus Presbyter Mediolanenſis vixit anno 429.

Honoratus ſacerdos Eccleſiæ Vercellenſis, quum in ſuperiori domo ſe ad quieſcendum cõpoſuiſſet: tertiò vocem vocantis ſe audiuit, dicentiſq; ſibi: Surge, feſtina, quia modò receſſurus eſt Ambroſius. Qui deſcendens *obtulit illi* ſancto *Domini corpus*, quod vbi accepit, emiſit ſpiritum, bonum ſecum viaticum ferés, vt in virtute eſcæ eſſet animæ refectio. In vita Ambroſii. Sacerdos obtulit dominicum corpus.

IDEM.

Eodem tempore in Eccleſia Hipponenſi Catholica *Valerius ſanctus Epiſcopatum* gerebat. Qui cùm flagitante Eccleſiaſtica neceſsitate, de prouidendo & *ordinando presbytero* ciuitatis, Dei plebem alloqueretur, & exhortaretur: iam ſcientes catholici ſancti Auguſtini propoſitum & doctrinam, manu iniecta, quoniam & idem in populo ſecurus In vita S. Auguſtini Epiſcopi. cap. 4. & 5.

&

rium. Factus ergo *presbyter*, monaſterium intra Eccleſiam mox inſtituit, & cum Dei ſeruis viuere cœpit ſecũdum modum & regulá, ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam: Maximè, vt nemo quicquam proprium in illa ſocietate haberet, ſed eis eſſent omnia comunia, & diſtribueretur vnicuiq; prov t cuiq; opus erat: quod iam ipſe prior fecerat, dum de transmarinis ad ſua remeaſſet. Sanctus verò *Valerius ordinator eius*, vt erat vir pijſsimus & Deum timens, exultabat & Deo gratias agebat, ſuas exauditas à Domino fuiſſe preces: quas ſe frequẽtiſsimè fudiſſe narrabat: ſcilicet vt ſibi diuinitùs homo concederetur talis, qui poſſet verbo Dei & doctrina ſalubri Eccleſiam Dei ædificare, cui rei ſe homo natura græcus, minusq; latina lingua & literis inſtructus, minùs vtilem peruidebat. Et eidem *presbytero poteſtatem* dedit coram ſe in Eccleſia Euangelium prædicandi

Digitized by Google

& ignarus quid futurum eſſet, adſtabat. Solebat autem laicus, vt nobis dicebat, ab eis tantum Eccleſijs, quę non haberent Epiſcopos, ſuam abſtinere præſentiam. Eum ergo tenuerunt, & vt in talibus conſuetum eſt, *Epiſcopo ordinandum intulerunt*, omnibus id vno conſenſu & deſiderio fieri perficiq; petentibus, magnoq; ſtudio & clamore flagitátibus, vbertim eo flente: nonnullis quidem lachrymas eius, vt nobis ipſe retulit, tunc ſuperbè interpretantibus, & tanquá eum conſolantibus ac dicentibus, quia locus *presbyterij*, licèt ipſe maiore dignus eſſet, appropinquaret tamen *Epiſcopatui*. Cùm ille homo Dei, vt nobis retulit, maiori cõſideratione intelligeret & gemeret, quá multa & quàm magna ſuæ vitæ pericula de *regimine & gubernatione Eccleſia* impendere ac prouenire ſpectaret, atque ideo fleret. Et eorum tunc vt voluerunt, completum eſt deſiderium.

Auguſtinus Epiſcopo offertur ad ordinandum.

rium. Factus ergo *presbyter*, monaſte rium intra Eccleſiam mox inſtituit, & cum Dei ſeruis viuere cœpit ſecũdum modum & regulá, ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam: Maximè, vt nemo quicquam proprium in illa ſocietate haberet, ſed eis eſſent omnia comunia, & diſtribueretur vnicuiq; prout cuiq; opus erat: quod iam ipſe prior fecerat, dum de tiansmarinis ad ſua remeaſſet. Sanctus verò *Valerius ordinator eius*, vt erat vir pijſsimus & Deum timens, exultabat & Deo gratias agebat, ſuas exauditas à Domino fuiſſe preces: quas ſe frequẽtiſsimè fudiſſe narrabat: ſcilicet vt ſibi diuinitũs homo concederetur talis, qui poſſet verbo Dei & doctrina ſalubri Eccleſiam Dei ædificare, cui rei ſe homo natura græcus, minusq; latina lingua & literis inſtructus, minũs vtilem peruidebat. Et eidem *presbytero poteſtatem* dedit coram ſe in Eccleſia Euangelium prædicandi

ac frequentiſsimè tractandi, contra vſum quidē & conſuetudinē Aphricanarum Eccleſiarum. Vnde etiam ei nonnulli Epiſcopi detrahebant. Sed ille vir venerabilis ac prouidus, in Orièntalibus Eccleſijs id ex more fieri ſciens, vtilitati Eccleſiæ conſulens, obtrectatorum non curabat linguas, dummodò factitaretur à presbytero, quod à ſe Epiſcopo impleri minimè poſſe cernebat. Vndè accenſa & ardēs, eleuata ſuper cādelabrum lucerna, omnibus qui in domo erant lucebat. Et poſtea currente & volante huiuſmodi fama, bono præcedente exemplo, accepta *ab Epiſcopis poteſtate*, presbyteri nonnulli coram Epiſcopis populis tractare cœperunt verbum Dei.

Epiſt. 1. ad Decentiū Eugubinū Epiſcopū cap. 3.

Innocentius I. *vixit anno* 433.

De conſignandis infantibus manifeſtum eſt, non ab alio, quàm *ab Epiſcopo fieri* licere. Nam *presbyteri licèt*

Digitized by Google

net ſint ſacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. Hæc autem pontificibus ſolis deberi, vt vel conſignent, vel paracletum Spiritum tradant, non ſolùm conſuetudo Eccleſiaſtica demonſtrat: verùm & illa lectio Actuum Apoſtolorum, quæ aſſerit Petrum & Iohannem eſſe directos, qui baptizatis traderent Spiritum ſanctũ. Nam *presbyteris ſeu extra Epiſcopum, ſeu præſente Epiſcopo,* cũ baptizant, criſmate baptizatos vngere licet, ſed quod ab Epiſcopo fuerit conſecratum, non tamen frontem ex eodem oleo ſignare, ſed ſolis debetur Epiſcopis, cùm tradunt Spiritum ſanctum. Acto. 4.

Concilium Carthaginenſe 4. collectum anno 436.

Diaconis præſente *Presbytero* Euchariſtiam corporis Chriſti populo, ſi neceſsitas cogat, iuſſus eroget. Can. 35.

IDEM.

Sanctimonialis virgo, quum ad Cap. 11.

Digitized by Google

conſecrationem ſui *Epiſcopo offert*
in talibus veſtibus applicetur, q
libus ſemper vſura eſt, profeſsion
ſanctimoniæ aptis.

IDEM.

Cap. 12. Viduæ vel ſanctimoniales, quę
miniſterium baptizandarum mu
rum eliguntur, tam inſtructæ ſin
officium, vt poſsint apto & ſano
mone docere imperitas & ruſt
mulieres, tempore quo baptizan
ſunt, qualiter *baptizatori* interro
tæ reſpondeát, & qualiter acce
baptiſmate viuant.

IDEM.

Cap. 99. *Mulier* quamuis docta & ſancta vi
rum in conuentu *docere nō preſum*

Plura vide ſuperiùs ex Auguſtino qui huic concilio interfuit

Socrates vixit anno 436.

Mareotes eſt regio Alexãdrię ſ
iecta: ſunt in illa pagi permulti,
tiſq; hominibus frequentati: in
eiſdem cōplures ſunt Eccleſiæ,
que illuſtres, quæ quidem *Epiſ*
obſequuntur Alexandriæ, & in il
ciu

In Eccleſi. Hiſto. lib. 1. cap. 20.

Digitized by Google

ciuitatis ditione ac poteſtate ſunt. In iſta regione Iſchyras quidam (ſic enim appellatus eſt) *facinus, quod multis mortis generibus mulctandũ fuerat*, ex occulto aggreſſus eſt; Nam cũ nunquam ſacris fuiſſet initiatus, *presbyteri nomen ipſe* ſibi impoſuit, ſacerdotiſq; munera obire auſus eſt. In quo quidem facinore depręhenſus, clàm fugã capeſcit, & rectâ Nicomediam profectus, ad Euſebiũ, tãquã ad profugium ſe confert. Ille præ odio, quo in Athanaſium incendebatur, eum *vt presbyterum recipit*; ei epiſcopatus dignitatem, modò crimẽ Athanaſio inferret, pollicetur: ea quæ ab Iſchyra falsò confingębátur, tan quã anſam arripit ad Athanaſium calumniandum. Nam rumorem diſſipauit Iſchyras, impetum clàm in ſe factũ eſſe, & nihil non contmeliarum perpeſſum: & Macarium in altare inſultaſſe, menſam Domini euertiſſe, poculum myſticum confregiſſe, ſacro

Iſchyræ facinus quod noſtri imitantur Hęretici.

croſanctos ſcripturę libros combuſſiſſe. Mercedem igitur, vt dixi, accuſationis *epiſcopatum promiſit*: pro certo perſuaſus, crimen contra Macarium allatum ſatis valet, non modò ad Macarium, qui accuſabatur, ſed etiam ad Athanaſium qui illum eò miſerat, gradu penitus deijciendum.

IDEM.

Lib. 2. Eccl. Hiſt, cap. 4.

Alexander illius (Conſtantinopolitanæ) Eccleſiæ Epiſcopus, qui ſtrenuè contrà Arrium dimicauerat, cũ viginti tres annos *in Epiſcopatus adminiſtratione* contriuiſſet, annosq́; vixiſſet nonaginta octo, exceſsit è vita, & quanquam neminem, qui in eius locum ſuccederet, renunciauerat: illis tamen, penes quos erat Epiſcopi deligendi poteſtas, in mandatis dedit, vt alterum è duobus, quos ille nominaret, deligerent. Atque ſi vellent hominem cùm ad populum docendum aptum, tum vitæ ac mo-

rum

Digitized by Google

rum integritate probatum, ad illud munus aſſumere, Paulo, *quem ipſe presbyterum ordinauerat*, ſuffragarentur: qui vt ætate admodum iuuenis, ita prudentia & conſilio planè ſenex erat. Sin eum, quẽ illuſtris pietatis ſignificatio ſolùm commendabat, ſibi dari optarent, Macedonio eum honoris gradum deferrent: qui & diaconus illius Eccleſiæ iampridem fuiſſet, & nunc ætate valde prouectus.

IDEM.

Nos Alexandrini neque ſumus Arrij ſectatores, (quî nanq; fieri poteſt, vt cũ ſimus *Epiſcopi, Arrio presbytero* auſcultemus?) neque aliam fidem, quàm quę ab initio diuulgata ſit, recipimus. Ibidẽ c.7.

IDEM.

Cùm Auxentius illius (Mediolanenſis) vrbis Epiſcopus, qui ab Arrianis fuerat deſignatus, è vita Lib.4. eccl. Hiſt. ca. 25.

 ceſſe-

ceſſerat,ibi rurſus magnoperè de E-piſcopo deligendo turbatum fuit: magnaq; apud illos excitata contentio,dum alij alium ad eum dignitatis gradum extollere laborarẽt. Vbi de hac re facta erat ſeditio, Ambroſius prouinciæ præfectus, dignitateq; ornatus conſulari, veritus admodum ne ex illo tumultu aliquid ſceleris in ciuitate ederetur,hoc animo procurrit in Eccleſiam, vt ſeditionem compeſceret.Poſtquã populus eius aduentu conquieuerat, ipſeq; populum de multis rebus vtilibus hortatus,temerarios multitudinis impetus compreſſerat, derepentè vno omnium conſenſu & clamore Ambroſius Epiſcopatu dignus exiſtimatus eſt,omniumque deſignatus ſuffragijs. Nam eo pacto ſolùm ſpes erat & concordiam inter ipſos conciliatam fore,& omnes eandem de fide ſententiam amplexaturos. *Nam Epiſcopis qui aderant, videbatur*

hac

Digitized by Google

hac conſentiēs populi vox diuinitùs ſanè emiſſa. Idcirco ſine mora Ambroſiū compræhendunt, lauacro baptiſmatis (erat nnim Cathechumenus) tingunt, ad *epiſcopatus procurationem deligunt.* Verum cū Ambroſius baptiſma libenter reciperet ille quidem, epiſcopatus tamen dignitatem prorſus repudiaret, Valentianum de re geſta faciunt certiorē. Qui populi admiratus conſenſum, opusq; Dei ratus, quod factum erat, *ſignificat epiſcopis, vt voluntati Dei inſeruirent, qui iuſſerat, vt illum crearent Epiſcopum.* Nam Deum potiùs quàm homines ei ad hunc honoris gradum fuiſſe ſuffragatum. Ambroſio itaque ad hunc modū epiſcopo deſignato, Mediolani, qui ante inter ipſos diſcordarant, tū ad pacem & concordiam fuère reducti. S. Ambroſii ordinatio perficitur ab Epiſcopis.

IDEM.

Eodem tempore, quo & res Antiochenæ in tanta perturbatione Lib. 5. Eccl. Hiſt. cap. 5.

Digitized by Google

verſabantur, & *Gregorius* comi
multorum Epiſcoporum conſenſu a
bis Nazianzi epiſcopatu, *ad epiſc*
Conſtanſtantinopolis trãslatus
Meletius Conſtantinopoli ne
riò contendit.

IDEM.

Ibidē ca. 7. Gregorius, epiſcopatu illo (
ſtantinopolitano) repudiato, a
bem Nazianzum ſe recepit. Era
tè Nectarius quidam, ex genere
natorio, vir moribus admodum
deſtus, & tota vitæ ratione co
cuus: qui quanquam Prætoris
gebatur officio, à populo tame
de abreptus, ad Epiſcopatus h
rem delatus fuit: & à centum
quaginta Epiſcopis, qui tum ade
ordinatus. Eodem tempore de
fuit, vt Epiſcopus Conſtantin
litanus proximè, & ſecundum
piſcopum Romanum primas
pterea obtineret, quod illa ci
noua Roma eſſet appellata.

ID

Digitized by Google

IDEM.

Sabbatius tempus opportunum, in quo Eccleſiarum rectionę potiretur, ſe recepiſſe arbitratus, iureiurando, quo ſe adſtrinxerat, penitus neglecto, *quoſdam obſcuros Epiſcopos, qui ipſi manus imponerent* comparauit. Ex quorum numero fuit Hermogenes, qui ob libros ſuos plenos blaſphemiæ, ab eodem Sabbatio antè excommunicatus fuerat. Lib.7.Hiſt. eccl.ca.12.

IDEM.

Mortuo Cyzicenorum Epiſcopo, Siſinius Proclum Epiſcopum deſignat. Quem ad illam vrbem, profecturum anteuenerũt Cyziceni, Dalmatiumq́; monachum *Epiſcopum ordinant*. Hoc ab illis factum eſt, neglecta illa lege, quæ iubet, ne *quis Epiſcopus deſignetur abſq; ſententia* & authoritate Epiſcopi Conſtantinopolis. Ibidē c.28.

IDEM.

Firmo Epiſcopo Cæſareæ Cappadociæ Ibidem ca. 40.

padociæ mortuo Cæſarienſes Conſtantinopolim aduentarit, epiſcopũ quæſituri. Ac cum *Proclus* luſtraret animo, quẽ ad eũ *epiſcopatũ deſignaret* fortè fortuna die Sabbathorum, dũ aliquem deſpicere conabatur, omnes Senatores, qui illum inſpectarẽt, ad Eccleſiam accedunt: in quorum numero fuit Thalaſſius, qui gentiũ & ciuitatum Illyrici præfecturam geſsit. Cui partium verſus orientem adminiſtrandarum curam, vti fama eſt, Imperatoris iuſſu ſuſcepturo, *Proclus manus imponit*, & p præfecto epiſcopum Cæſariæ declarat.

D. Cyrillus Archiepiſcopus Alexandrinus vixit anno 438.

In epiſtola ad Atticũ. Niceph. lib. 14. cap. 25. Eccle. Hiſt. — Profeſsione noſtra indignũ eſt, *vt ſacerdotij nomen nihil eſſe*, rẽ ipſam communem omnibus eſſe, quę tam ẽ eis ſolis, qui ad eam vocati ſunt aſſer nata eſſe dicamus.

IDEM.

Supra Leuiticum. — Vult ergo ſermo diuinus, ſobrios

eſſe

eſſe *Domini ſacerdotes*, vtpotè qui accedétes ad altare Dei, orare pro populo debeant, & pro alienis interuenire delictis, qui portionem in terra non habeant, ſed ipſe Dominus portio eorum ſit. Vult ergo iſtos, quibus Dominus portio eſt, ſobrios eſſe, ieiunos, vigilantes in omni tempore, maximè autem cùm ad exorandum Dominum *& ſacrificandum in conſpectu eius altaribus preſtò ſunt*. Quæ mandata in tantũ vim ſui ſeruant, & omni obſeruantia cuſtodienda ſunt, vt & Apoſtolus hæc eadem noui teſtamenti legibus firmet. In quo ſimiliter etiam ipſe Sacerdotibus vel Principibus Sacerdotũ vitæ regulas ponens, dicit eos non debere eſſe vino multo ſeruienses, ſed ſobrios,

Iſidorus Peluſiota vixit anno 440.

Vt in veteri teſtamento, non licebat *ſacrificare niſi ſolis ſacerdotibus*, tẽpore tamen Paſchæ omnes quodámodo honorabátur, vnuſquiſque e- In Epiſtola ad Theodoſium Epiſcopum.

nim immolabat agnum: Sic in nouo teſtaméto, quod ſuccesſit, tributa eſt *quibuſdam poteſtas* immolandi excellentisſimam hoſtiam incruentam.

IDEM.

Ibidẽ paulò pòſt.

Vnusquiſque tamen electus eſt ſacerdos ſui corporis, non quidem vt ſine electione proſiliat ad vindicandum *ſibi poteſtatem & imperium in ſubditos*: ſed potiùs vt vitijs imperãs, corpus ſuum templum faciat caſtitatis.

In epiſt. 81. aliàs 83. ad Dioſcorũ Alexandrinum cap. 1.

Leo Magnus vixit anno 440.

Præter authoritatem conſuetudinis, quam ex Apoſtolica nouimus venire doctrina, etiam ſacra ſcriptura manifeſtat, quòd cùm Apoſtoli Paulum & Barnabam ex præcepto Spiritus ſancti ad Euangelium Gentibus mitterent prædicandum, *ieiunantes & orantes impoſuerunt eis manus*: vt intelligamus, quanta & dantium & accipientium deuótione curandum

S. Ordo ſacramentũ eſt.

Digitized by Google

randum ſit, ne *tanta benedictionis Sacramentum* negligenter videatur impletum. Et ideo piè & laudabiliter Apoſtolicis morem geſſeris inſtitutis, ſi hanc *ordinandorum Sacerdotum* formam per Eccleſias, quibus Dominus præeſſe te voluit, etiam ipſe ſeruaueris, vt his *qui conſecrandi ſunt*, nunquam benedictio, niſi in die Reſurrectionis dominicæ tribuatur.

IDEM.

Relatum eſt nobis, quod quidam Germaniarum & Galliarum vrbiū Epiſcopi frequenter *Chorepiſcopos* (qui iuxta canones Neocæſarienſis, vel ſecundum aliorum decreta patrum, *iidem ſunt, qui & presbyteri*) *vel presbyteros deſtinarent*, qui abſente pontifice altaria erigerent, baſilicaſque conſecrarent. Quod quidem nō eſt mirum, id pręcepiſſe viros eccleſiaſticæ diſciplinæ ignaros, quod eſt *canonica regula* contrarium, & ſtatim à ſeculari militia in ſacerdotale mini-

In epiſt. 86. ad Epiſcopos Germaniç & Galliæ.

miniſterium delegatos atq; promotos. Ergo ne vltrà talis à vobis licentia vſurpetur, communi ſentẽtia ſtatuendum oportuit: ſcientes quia ſicut Chorepiſcopo vel presbytero illicita eſt conſecratio altaris, *ita & cõſtitutio*. In diuinis enim literis, præcipiente domino, ſolus *Moyſes in tabernaculo Dei erexit* altare, ſolus ipſe vnxit, qui vtique ſummus ſacerdos Dei erat, ſicut ſcriptũ eſt de eo: Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius. Ideoq; id quod tantùm facere *principibus ſacerdotum* iuſſum eſt, quorum typum Moyſes & Aaron tenuerunt: omnino decretum eſt, *vt Chorepiſcopi vel presbyteri, qui filiorum Aaron geſtant figuram*, arripere non præſumant. Nam quamuis cum Epiſcopis plurima illis miniſteriorum cõmunis ſit diſpenſatio, quædã tamen authoritate veteris legis, quædam nouæ etiam eccleſiaſticis regulis ſibi prohibita norint, *ſicut presbyterorum &*

Quæ presbyteris agere nõ licent.

& diaconorum ac virginum cõſecratio, ſicut conſtitutio altaris, ac benedictio vel vnctio. Siquidem nec erigere eis altaria, nec eccleſias, vel altaria conſecrare licet, nec per impoſitiones manuum fidelibus baptizandis, vel conuerſis, vel ex hæreſi paracletum ſpiritum ſanctum tradere, nec chriſma conficere, nec chriſmate baptizatorum frontes ſignare, nec publicè quidem in Miſſa quenquam pœnitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epiſtolas mittere. Hęc enim omnia illicita ſunt *Chorepiſcopis, qui ad exemplum & formam ſeptuaginta diſcipulorum eſſe noſcuntur, vel presbyteris*, qui eandem figuram geſtant: quoniam quanquam conſecrationẽ habeant, pontificatus tamen apicem non habent. Quæ omnia ſolis debere ſummis pontificibus authoritate canonum præcipitur: vt per hoc & diſcretio graduum, & dignitatis faſtigium ſummi pontificis demonſtretur.

ſtretut. Sed neque coram Epiſcopo licet presbyteris in baptiſterium introire nec præſente antiſtite infantem tingere aut ſignare, nec pœnitẽtem ſine præceptione ſui Epiſcopi reconciliare, nec eo præſente, niſi illo iubente, ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti conficere, nec eo coràm poſito populum docere vel benedicere aut ſalutare, nec plebem vtique exhortari.

Primaſius vixit anno 441.

Supra dictum 2. Timo 1. excitantem.

Benedictionem quàm in *epiſcopatu per manus eius impoſitionem acceperat*. Hæc omnia planiſsimò demonſtrant Apoſtolum Paulum ſacris initiaſſe, & *in ſacerdotem ac Epiſcopum creaſſe ad Miſſarum ſacrificia celebranda Timotheum*, idq; apud Epheſios ordinatione diuina, quibus de eadem ſcribit dicens: Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem paſtores, & doctores ad con-

Ephe. 4.

Digitized by Google

conſummationem ſanctorum in opus miniſterij.

Synefius Epiſcopus. Ptolomaidis vixit anno 443.

Denuntio igitur omnibus & priuatis & magiſtratibus, ne cum illo aut tecto, aut menſa coniungantur, præcipuè *autem ſacerdotibus*, qui nec ipſos viuos alloquētur, nec mortuorum funus deducent. Quòd ſi quis vt paruulæ ciuitatis Eccleſiam contemnat, quaſi nō neceſſe ſit paupерculæ optemperare, ſciat ſe Eccleſiā ſcindere, quam vnam Chriſtus eſſe voluit. Ille autem quisquis fuerit *leuita, ſiue presbyter, ſiue Epiſcopus*, in eo nobis ordine, quo Andronicus habebitur, neque illi dextram porrecturi ſumus, neque de eadem menſa veſcemur, longiſsimè autem abeſt, vt ad communionem arcani ſacri admittamus eos, qui partem cum Andronico & Thoante voluerint habere.

Epiſt. ad Epiſc. Libyæ.

Genna.

Gennadius Epiſcopus Conſtantinopolitanus vixit anno 448.

Epiſtola ad totum orbem miſſa.

Simplex & manifeſtus mandati huius (videlicet, Gratis accepiſtis, gratis date) ſermo eſt. Nihil hîc ambiguum, nihil hîc ſuprà captum noſtrũ, nulla hîc opus ſophiſtica enarratione. *A me, inquit, accepiſtis ſacerdotij dignitatem*, pro qua ſi vel paruum vel magnũ quid dependiſtis, ſi hæc vendita eſt à me, venundate & vos eam alijs.

Theodoretus Epiſcopus Cyri vixit anno 450.

Ad caput 8. epiſt. ad Hæbreos.

Si *ſacerdotium*, quod eſt ex lege, finem accepit: & *ſacerdos qui eſt ſecundum ordinem Melchiſedech*, obtulit ſacrificium, & effecit, vt alia ſacrificia non eſſent neceſſaria: cur *noui teſtamenti ſacerdotes* myſticam liturgiam ſeu ſacrificium peragunt? Sed clarũ eſt ijs, qui ſunt in rebus diuinis eruditi, nos non *aliud ſacrificium offerre*, ſed illius vnius & ſalutaris memoriã

peragere

Digitized by Google

peragere. Hoc enim nobis præcepit ipſe dominus: *Hoc facite in meam recordationem*, vt per figurarum contemplationem earum, quæ pro nobis ſuſceptæ ſunt, perpeſsionum recordemur, & in benefactorem beneuolentiam cōſeruemus, & futurorũ bonorum perceptionem expectemus.

IDEM.

Deniq; calumniæ merces Iſchyrę data eſt, nimirum vt *Epiſcopus nuncuparetur*, cùm nondum presbyter factus erat. Nam venire ad concilium duo presbyteri, qui antè cum Meletio communicarant, poſteà autem à beato Alexandro Epiſcopo Alexandriæ in Eccleſiam recepti erant: hiq; præſentes cum Athanaſio teſtimonium dixêre, *Iſchyram nunquam fuiſſe ordinatum presbyterum*, neque Meletium in Mareote vel Eccleſiam omnino habuiſſe, vel miniſtrum. Et tamen iſti eum qui nunquam fuiſſet

In Hiſt. Eccl. lib. 2. cap. 8.

presby-

preſbyter, iam tamen eſt factus Epiſcopus, pro ſe teſtem adducunt, quo poſsint, dum ſtruunt calumnias, hoc epiſcopi nomine auditores obſtupefacere.

IDEM.

Lib. 4. eccl Hiſt. ca. 16. Atqui præfectus, (Modeſtus) multa, inquit, verba feci, quô vos presbyteros ad ea, quę ſint vobis emolumento futura, cohortarer. Tum Eulogius: Eſt, inquit, tua ad omnes habita oratio: & propterea abſurdum certè putaui, vt ipſe alijs à reſpondédo excluſis, ſolus reſponderem. Verùm ſi à me libet quicquam ſciſcitari, non te celabo quid ſentiam. Cui rurſus præfectus: Proinde, inquit, communica cum Imperatore. Ad quem Eulogius, diſsimulanter quidem, ſed valde facetè reſpondet: *Nunquid cum imperio eſt etiã ſacerdotij dignitatem conſecutus?* Præfectus igitur intellecta ironia, cœpit grauiter ſuccenſere, conuicia *in presbyterum*

Digitized by Google

tum iacere. & hæc quoque verba addere. Non iſtud dixi, ô ſtupide: ſed vós vti, quibus cum cõmunicet imperator, cum eisdem communicetis adhortatus ſum. Atque ſimul vt ſenex dixerat ſe habere *paſtorem, cuius nutum ſequerentur*: præfectos octoginta pariter cõprehenſos in Thraciam amandauit.

IDEM.

Alexandriæ porrò cũ victor Athanaſius, poſt multa cõfecta certamina poſt totidẽ etiã reportatas coronas, ex huius vitę laboribus ereptus eſſet, & ad vitã vacuã à moleſtijs translatus: *Petrus*, vir facilè optimus, *præſulatũ illũ obtinuit*: quẽ primũ B. Athanaſius ſuo ſuffragio deſignarat; eiuſq; electioni ab omnibus tã *ſacerdotibus quàm magiſtratibus aſſenſum eſt*. Populus quoque vniuerſus acclamationibus, quantum lætitię percepiſſet, demõſtrauit. Nam laborum ab Athanaſio ſuſceptorũ ſocius & particeps fuit. Ibidẽ c.18.

fuit, & cum eo tum ibi vitam degẽte, tum peregrinante ſemper verſatus eſt, & varios labores cum illo vnà exantlauit. *Quapropter epiſcopi vicini eò ſimul ire maturant:* & qui vitã ſeuera diſciplina exigebát, ij ea relicta, *ad Petrum in ſede Athanaſij collocãdum ſe conferunt*.

IDEM.

Lib. 5. Eccl. Hiſt. cap. 8. *Timotheus* Epiſcopus Alexandrię, ſucceſſor Petri illius qui Athanaſij in eò præſulatu velut hæres fuit, ***Maximum*** quendam Cynicum, ſtatim vt pilos Cynicos ei iam abraſerat, ***Epiſcopum Conſtantinopolis pro Gregorio illo admirabili ordinauit.***

IDEM.

Ibidẽ lib. 5. cap. 17. Cùm dona, vti ſolebat, (Imperator Theodoſius) obtuliſſet, intùs prope cancellos manſit. At rurſus magnus ille Ambroſius non conticuit quidem, ſed locorum differentiam eum docuit. At primùm ſciſcitatur: Ecqua re egeret? Et cùm reſpon-

Digitized by Google

pondiſſet Imperator, ſe expectare diuinorum myſteriorum perceptionē, ſignificauit illi per primarium *diaconum, qui ei miniſtrabat, ad loca interiora ſolis ſacerdotibus aditum patere:* eademq; alijs omnibus inacceſſa eſſe, nec debere tangi. Iubet igitur vt exeat, & *cum reliquis laicis* conſiſtat. *Nam purpura,* inquit, *Imperatores, non ſacerdotes efficit.*

PAVLO POST.

Cùm diuino quodam feſto ad tēplum denuô (Theodoſius) veniret, ſtatim vt dona ſacræ menſæ obtulerat, exiuit. Atque cùm Nectarius, qui id temporis illius Eccleſiæ antiſtes fuit rogaret: Cur nō maneret intus? gemēs inquit: Aegrè tandem didici, *quid inter imperatorem interſit, & Epiſcopum:* ægrè tandem reperi veritatis magiſtrum. Nam ſolùm Ambroſium noui Epiſcopum, dignum eo nomine.

Sacerdotes à laicis diſtinguuntur.

IDEM.

Ibidem li. 5. ca 23. Cum Paulinus Eccleſiæ (Antiochenæ) adminiſtrationem capeſſere vellet, *cœtus ſacerdotum reſtitit*: dixitque, eum qui cõſilium Meletij repudiauerat, poſt mortem eius non debere illius ſedem occupare: imò verò qui multis ac præclaris nobilitatus erat laboribus, & quàm plurimis periculis ſe pro ouibus obtulerat, eũ paſtorem creandum eſſe. Quæ res Orienti tum à Romanis, tum ab Aegyptijs odium valde diuturnum peperit. Nam ne Paulino quidem iam mortuo, ſimultas compreſſa eſt: ſed cùm Euagrius eius ſedem poſt illum obtinuiſſet, non deſtiterunt inimicitias cum Magno Flauiano exercere, idque cùm *Euagrius contra legem eccleſiæ deſignatus eſſet*. Quippe *ſolus Paulinus eum ordinauerat*: in qua re complures ſimul canones violauit. Siquidem canones neque *faciunt poteſtatẽ cuiquam*, iam mortem oppetituro, quen-

Quomodo ordinandi ſint epiſcopi ſecundũ Canones.

Digitized by Google

quenquam. *in locum ſuum ſufficere: atq; omnes prouinciæ Epiſcopos iubent in vnum ad eam rem conuocari.* Quin etiã vetant rurſus, quenquam *abſque tribus Epiſcopis Epiſcopum conſtitui.* Attamen horum nihil ſcire cupientes, Euagrij communionẽ ſunt illi quidẽ amplexati, Imperatoriſq; animum contra Flauianum incitare obnixè ſtuduerunt.

IDEM.

Conſtantinopoli autem mortuo Nectario, qui illã gubernarat Eccleſiã, Arcadius, cui illa imperij pars obuenerat, cum Ioannem, eximij orbis terrarũ luminare Antiochiæ in cœtum *presbyterorũ aſcitum intellexiſſet,* accerſit ad ſe: & ab *Epiſcopis in vnum conuocatis contendit, vt eum conſecrent epiſcopum,* & præclaræ illius vrbis paſtorem conſtituant. Ibidem li. 5. cap. 27. Imperator ab Epiſcopis petit conſecrari Iohannẽ.

Euthymius Abbas anno 448.

Cùm ſic fuiſſet educatus & inſtitutus, & proceſsiſſet per *omnem graduum* conſequentiam, ab eo qui tunc In eius vita.

erat *Epiſcopus Melitenes*, inuitus eum tradente virtute, *ordinatur*, & eius fidei committitur cura monaſteriorũ, quæ erant in ciuitate.

S. Remigius Archiepiſcopus Rhemenſis vixit anno 471.

In Epiſt. 1 ad Corin. Calix benedictionis, cui benedicimus, nónne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Idcirco primùm calicem nominauit, quia poſtea de pane plus erat diſputaturus. Calix autẽ benedictionis dicitur qui *benedicitur à Sacerdotibus in altari*. Appellatur & ipſe calix communicatio, quaſi participatio, quia omnes communicant ex illo, partemq; ſumunt ex ſanguine domini, quem continet in ſe. (Et panis quem frangimus in altari nónne participatio corporis domini eſt?) Vtique primùm conſecratur & *benedicitur à ſacerdotibus & Spiritu ſancto*, & deinde frangitur, cùm iam licèt panis videatur, in veritate corpus Chriſti eſt: ex quo pane quicum

quicunque communicant, corpus Chriſti edũt (quoniam vnus panis) ſubaudi Chriſti (& vnum corpus) Chriſti (multi ſumus) qui comedimus ſimul illum panem. Caro quam verbum Dei patris aſſumpſit in vtero virginali in vnitate ſuæ perſonæ & panis, *qui conſecratur in Eccleſia, vnum corpus Chriſti ſunt:* Sicut enim illa caro, corpus Chriſti eſt, ita iſte panis trãſit in corpus Chriſti, nec ſunt duo corpora, ſed vnum corpus. Diuinitatis enim plenitudo, quæ fuit in illo, replet & iſtum panem: & ipſa diuinitas verbi, quæ implet cœlum & terram, & omnia quæ in eis ſunt, ipſa replet corpus Chriſti, *quod à multis ſacerdotibus per vniuerſum orbem ſanctificatur,* & facit vnum corpus Chriſti eſſe.

Per ſacerdotes conſecratur corpus Chriſti.

IDEM.

Remigius hac ratione ordinatur.

Poſthabita omni dubitatione, atque ancipiti ſubmota ſententia, *vnani-*

In vita eius.

S. Remigius benedictione conſacratur episcopali.

vnanimitate epiſcoporũ Rhemenſis prouinciæ infulis induitur ſacerdotalibus, benedictione conſecratur epiſcopali atq; in ſede præſulatus collocatu huius ciuitatis Rhemorum. Vbi ſtatim ſic apparuit aptus & deuotus, tanquam ſi officio, ad quod nouiter aſcenderat, iugiter præfuiſſet.

Gelaſius Papa vixit anno 492.

Cap. 26.

Nihilominus impatienter audimus, tantum diuinarum rerum ſubiſſe deſpectum, *vt fœminæ ſacris altaribus miniſtrare firmentur*, cunctaq; non niſi *virorũ famulatui* deputata, ſexui, cui non competit, exhibere.

S. Fulgentius Epiſcopus vixit anno 494.

In eius vita.

Neſciente igitur beato Fulgentio, Victor primas in itinere petitur à Ruſpenſibus, & *vicinis Epiſcopis ordinandi Fulgentium licentia datur*: Tunc aggregata violentæ multitudinis manu, repentè beatus Fulgẽtius, dolens oculos, in cellula propria reperitur:

ritur. inuaditur, tenetur, ducitur, & pōtifex eſſe nō rogatur, ſed cogitur.

Concilium Ilerdenſe circa annum 500.

De his clericis qui in obſeſsionis neceſsitate poſiti fuerint, id ſtatutum eſt, *vt qui altario miniſtrant, & Chriſti corpus & ſanguinem tradunt, vel ſacra vaſa officio deputata contrectant,* vt ab omni humano ſanguine, etiā hoſtili ſe abſtineant. Quod ſi in hoc inciderint, duobus annis tā officio, quam communione corporis Domini priuentur: ita vt his duobus annis vigilijs, ieiunijs, orarioibus, & eleemoſynis pro viribus, quas Dominus donauerit, expientur, & ita demum officio, vel communioni reddantur, ea tamen ratione, ne vlterius ad officia prouehantur potiora.

Can. 1. Nō omnib. Chriſtianis licet altario miniſtrare, corpus Chriſti tradere &c.

Paſchaſius vixit anno 501.

Verè credere, & indubitanter ſci-

Libro de myſterio corporis & ſanguinis Chriſti, ca. 11.

re debemus, quòd infrà Catholicã Eccleſiam, vbi Catholica fide hoc myſterium celebratur, nihil à bono maius, nihilq́; à malo minus percipitur *ſacerdote*, nihilq́; aliud quàm caro Chriſti, & ſanguis, *dum Catholicè conſecratur*. Quia non in *merito conſecrantis, ſed in verbo efficitur creatoris, & virtute Spiritus ſancti*: vt caro Chriſti non alia, quàm quæ de Spiritu ſancto creata eſt, vera fide credatur, & ſpirituali intelligentia deguſtetur. Si enim in merito eſſet *ſacerdotis*, nō ad Chriſtum pertineret. Nunc autem ſicut ipſe eſt, qui baptizat: ita ipſe eſt, qui per Spiritum ſanctum hanc ſuã efficit carnē, & transfundit ſanguinem.

IDEM.

Ibidem ca. 34. vel. 36. Licèt *ſacerdos* in conſcientia malus eſſe conuincatur, non ſuum eſt quod offert: *ſed omnium preces & vota per omnem Canonis textum commendat*. Nam & finis orationis cunctorum

rum vocibus confirmatur, vbi omnes Amen conſona voce dicunt. Idcirco non vnius eſt, quod pro multis offertur, & multorum precibus cōfirmatur. Nam Dominus ait: Quod pro multis effundetur in remiſsionē peccatorum. Si enim pro ſe tantùm eſſet, eius merita forſitan Deus attēderet. Nunc autem licèt *leproſus ſit, qui offert*, munda ſunt quæ hauriuntur: quia caro et ſanguis Saluatoris nullius immunditia ſordidatur. *Ex officio ergo ſacerdotis iſta*, & non ex merito, pręſtantur. Idcirco licèt reus ſit, officium miniſterij ſacrum eſt, et *gradus ſacerdotij à ſummo pōtifice Chriſto compenſatur*, vt nihil minus carnis & ſanguinis habeat hoc myſterium à quouis indigno, ſi *tamen apoſtolicæ propaginis conſecratio exhibeatur*. Quia non ex eo, *ſed eius officio à ſummo pontifice gratia*, quam ipſa veritas repromiſit, impletur: vt in nullo ſacerdotium eius & pontificatus offi-

Sacerdos omnium preces & vota commendat;

Officiū miniſterii ſacrum eſt.

Virtus cõ ſecrandi eſt in eo qui ordinatur.

cium alicuius merito minoretur. *Virtus enim conſecrandi eſt in eo, quod habet is, qui ordinatur.* Et ideo reuertentes qui baptizati ſunt priùs, ſicut non rebaptizantur: ita *vtiq; qui priùs ordinati ſunt, rurſus non reordinantur* ad vnitatem Catholicam, ſi receſſerint redeuntes.

Euagrius vixit anno 519.

In Hiſt. Eccle. lib 3. cap. 6.

Narrat Timotheum Conſtantinopoli egreſſum perrexiſſe Epheſum, Paulumq; illius vrbis pontificem (qui quidem iam dudum ab *Epiſcopis prouinciæ, ſicut vetus Eccleſiæ* conſuetudo poſtulat, creatus fuerat, ſede tamen pòſt exciderat) *in ſede epiſcopali collocaſſe.* Reddidit præterea idem Timotheus Eccleſiæ Epheſianæ ius patriarchatus, quod conciliũ Chalcedonenſe, vti antè demõſtratum eſt, ei ademerat. Inde tandẽ ſoluit, petitq; Alexandriam: ibi ab omnibus, qui ad eum accedebant, poſtulauit, vt concilio Chalcedonenſi anathema denuntiarent.

Epiſcopi creant epiſcopum.

S. Cæ-

Digitized by Google

S. Caſarius Epiſcopus Arelatenſis vixit anno 528.

Poſt aliquot dies homines illuſtres, *S. Eonio ciuitatis eius Epiſcopo* indicârunt, eſſe quendam (videlicet Cæſarium) apud ipſos venerabilem Monachum, & omni laude digniſsimum, cuius ipſe perſonam familiari & priuato colloquio deberet cognoſcere. Iubet igitur eum ad ſe perduci, ex oblato ſibi accurratè ſciſcitatur, cuius loci ciuis, & quibus ſit parentibus procreatus. Illo & patriam & parentes indicante, ſancta alacritate illi gratulans, S. Epiſcopus ait: Meus ciuis es, fili, pariter & propinquus. Namque & parentes tuos ego optimè noui, & propter ſanguinis coniunctionem paterno affectu complector. Cœpit ergo iuuenem non iam vt peregrinum & extraneum, ſed attentiori obtutu intimis cordis oculis contemplari: moxq; ab Abbate Porchario illum expe-

In eius vita.

Digitized by Google

S. Cæſarius ab Epiſcopo ordinatur in Diaconum & presbyterum.

expetijt, & licèt ab inuitò, etiam impetrauit. *Ilico primùm Diaconus, deinde presbyter ordinatur.*

S. Caßiodorus Senator vixit circiter annum 520.

In Pſa. 109.

Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Cui enim poteſt veraciter & euidenter aptari, niſi Domino ſaluatori, qui corpus & ſanguinem ſuum in panis & vini erogatione ſalubriter *cõſecrauit?* ſicut ipſe in Euangelio dixit: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis, ſcilicet æternam. Sed in iſta carne ac ſanguine nil cruentum, nil corruptibile mens humana concipiat, ne ſicut dicit Apoſtolus, qui Domini corpus indignè manducat, iudiciũ ſibi manducat. Sed viuificatricem ſubſtantiã, atque ſalutarem, & ipſius verbi propriam factam, per quãm peccatorum remiſsio, & æternę vitę

dona

Digitized by Google

dona præſtantur. *Quem ordinem per myſticam ſimilitudinem Melchiſedech iuſtiſſimus Rex inſtituit*, quando Domino panis & vini fructus obtulit. Conſtat enim pecudum victimas periiſſe, quæ fuerunt ordinis Aaron, & *Melchiſedech manere potius inſtitutũ, qui toto orbe in Sacramentorum erogatione celebratur.*

Sacerdotiũ Melchiſedech manet, in ſacramentorum erogatione.

IDEM.

In præſenti ſiquidem Choro (in Concilio Niceno) multitudo erat *Epiſcoporum*, numerum trecentorum excedens, ſequentibus eos *presbyteris ac diaconis, & acolythis*, quorum numerus non poterat comprehendi, ἑπομένων δὲ τούτοις πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, ἀκολούθων τε πλειόνων ὅσων ἑτέρων οὐδὲ οὖν ἀριθμός. *Miniſtrorum* λειτουργῶν verò Dei alij ſapientiæ ſermone fulgebant, alij continentia vitæ & patientia coruſcabant, alij verò medio horum virtutibus ornabãtur.

Cap. 1. lib. 2. tripartitę hiſtorię.

Iuſti ianus vixit anno 529.

In Authenticis. De ſanctiſs. Epiſcopis. & c. Tit. 15. Nouella 23. §. Clericos autē.

Si verò futurus *ordinari diaconus*, non habuerit vxorem coniunctam ſibi, non aliter ordinetur niſi priùs *ab ordinante eum*, interrogatus promiſerit poſſe poſt ordinationem & ſine legittima vxore honeſtè viuere, non valente eo, qui ordinat, in tempore ordinationis permittere *diaconum aut ſubdiaconum poſt ordinationē vxorem* accipere. Is autem qui *permittit Epiſcopus, expellatur ab epiſcopatu.*

Epiſcoporum eſt ordinare diaconos.

Si verò pôſt ordinationem *presbyter aut diaconus*, aut ſubdiaconus vxorē duxerit, expellatur à clero, & curiæ ciuitatis illius in qua clericus erat, cū ꝓprijs rebus, tradatur. Si *verò lector* ſecundā ducat vxorē, aut primā quidem viduam aut ſeparatam à viro, aut legibus vel ſacris canonibus interdictam, nequaquam *ad alium Eccleſiaſticum ordinem prouehatur*: ſed etſi quolibet modo ad maiorem ordinem perducatur, expellatur eò, & priori reſtituatur.

IDEM

Digitized by Google

IDEM.

Si quis Oratorij domum fabricauerit, & voluerit in ea clericos ordinare, aut ipſe, aut eius hæredes ſi expenſas ipſis clericis miniſtrant, & dignos denominant, *denominatos ordinare*. Si verò, qui ab eis eliguntur, tanquam indignos prohibent ſacræ regulæ ordinari: *tunc ſanctiſſimus Epiſcopus, quoſcunque putauerit meliores, ordinari procuret*. Sancimus autem reuerendiſsimos clericos ſuis eccleſijs obſecundare, & omne eis *competens eccleſiaſticum* miniſterium adimplere: hoc requirente vniuscuiuſque *ciuitatis ſanctiſſimo Epiſcopo*, & cuiuscunque ordinis Eccleſiaſticis primatibus, eos qui hoc non cuſtodiunt, regulari mulctæ ſubdentibus. Ibidem. §. Si quis oratorii.

Concilium Turonicum II.

Vt *laici ſecus altare*, quo ſancta myſte- Cap. 4.

myſteria celebrātur, *inter cleri*
ad vigilias, quàm ad miſſa, *ſta*
nitùs non præſumant: ſed pars illa
à cancellis verſus altare diuid
choris tantum pſallentium p
clericorum:

S. Gregorius Magnus vixit anno

Lib. 4. Dialog. ca. 58. *H*inc ergo penſemus, quale ſi
nobis hoc ſacrificium, quod pr
ſolutione noſtra paſsionē vni
ti Filij ſemper imitatur. Quis
fidelium habere dubium poſsi
ipſa immolationis *hora ad ſace*
vocem cœlos aperiri, in illo Ieſu C
ſti myſterio Angelorū choros
ſe, ſummis ima ſociari, terren
leſtibus iungi, vnum quid ex v
libus atque inuiſibilibus fieri.

S. Auguſtinus Anglorum Epiſco
vixit anno 587.

Interrogatione. 11. Quæro etiam, ſi poſt illuſio
quæ per ſomnium ſolet accider
corpus Domini *quilibet* accipe
leat: vel *ſi ſacerdos ſit*, myſteria
celebrare.

Digitized by Google

Concilium Hiſpalenſe II. circa annum 625.

Sed neque coram *Epiſcopo* licere eis (Coëpiſcopis videlicet) in baptiſterium introire, nec præſente Antiſtite infantem tingere aut ſignare, nec pœnitentē ſine *præcepto Epiſcopi ſui* reconciliare, nec eo præſente Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti *conficere*, nec eo coràm poſito populum docere, vel benedicere, aut ſalutare, nec plebem vtiq; exhortari: quæ omnia eis à ſede Apoſtolica prohibita eſſe noſcuntur. Can. 7.

S. Iſidorus Epiſcopus Hiſpalenſis vixit anno 615.

Presbyteris ſicut Epiſcopis, diſpenſatio myſteriorum Dei commiſſa eſt Præſunt enim Eccleſijs Chriſti, & in cōfectione diuina corporis & ſanguinis conſortes cum Epiſcopis ſunt. Similiter & in doctrina populorū, & in officio prædicādi: ſed ſola propter *authoritatem ſummo ſacerdoti* Cap. 7. lib. 2. de Eccl. officiis.

cleri-

clericorum ordinatio, & conſecratio reſeruata eſt, ne à multis eccleſiæ diſciplina vendicata concordiam ſolueret, ſcandala generaret. Nam Paulus Apoſtolus *eoſdem presbyteros*, vt verè ſacerdotes ſub nomine Epiſcoporũ aſſerit, loquens ad Titum: Huius rei gratia &c.

IDEM.

Cap. 12. lib. 7. Etymologiarum.

Ordo Epiſcoporum quadripartitus eſt, id eſt, in *Patriarchis, Archiepiſcopis, metropolitanis, atque Epiſcopis.* Patriarcha, græca lingua ſummus patrum interpretatur: quia primum, id eſt, Apoſtolicum retinet locũ: & ideò quia ſummo honore fungitur, tali nomine cenſetur: ſicut Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus. Archiepiſcopus græco vocabulo, quod ſit ſummus Epiſcoporum. Tenet enim vicem Apoſtolicã, & præſidet tam Metropolitanis quàm Epiſcopis cæteris. Metropolitani autem à menſura ciuitatum vocantur.

Sin-

Digitized by Google

Singulis enim prouincijs præeminent, quorum authoritati & doctrinæ & poteſtati cœteri *ſacerdotes ſubiecti ſunt, ſine quibus nihil reliquos Epiſcopos agere licet.* Sollicitudo enim totius prouinciæ ipſis epiſcopis cõmiſſa eſt. Omnes autem ſuperiùs deſignati ordines vno eodemq́; vocabulo epiſcopi nominantur: ſed ideo priuato nomine quidam vtuntur, propter diſtinctionem poteſtatum, quam ſingulariter acceperant.

IDEM.

Chorepiſcopi, id eſt, vicarij epiſcoporum, iuxta quod Canones ipſi teſtantur, inſtituti ſunt ad exemplum *ſeptuaginta ſeniorum tanquam ſacerdotes*, propter ſolicitudinem pauperum. Hi in vicis & villis inſtituti, gubernant ſibi commiſſas Eccleſias, habentes licentiam conſtituendi lectores. ſubdiaconos: ordinare non audeāt præter conſcientiā epiſcopi. in cuius regione præeſſe noſcuntur. Lib. 2, cap. 6. de Eccle. officiis.

Hi

Hi autem à ſolo epiſcope ciuitatis, cui adiacent, ordinantur.

IDEM.

Ibidē ca. 7. *Presbyterorum ordo exordium ſumpſit à filijs Aaron:* qui enim ſacerdotes vocabantur in veteri teſtamento, hi ſunt, qui nunc appellantur presbyteri. Et qui nuncupabantur *principes ſacerdotum, nunc Epiſcopi* nominantur.

IDEM.

Cap. 12. li. 7. Etymo. Leuitæ ex nomine authoris vocati: de Leui enim Leuitæ exorti ſunt, à quibus in templo Dei myſtici Sacramenti miniſteria explebantur. Hi græcè *diaconi, latinè miniſtri* dicuntur. Quia ſicut in ſacerdote conſecratio, ita in diacono miniſterij diſpenſatio habetur.

IDEM.

Ibidem. *Hypodiaconos* græcè quos nos ſubdiaconos dicimus, hi ideo ſic appellantur, quia ſubiacent præceptis, & officijs Leuitarum. *Oblationes* enim in

Digitized by Google

in templo Dei à fidelibus ipſi ſuſcipiunt, & Leuitis ſuperponendas altaribus deferunt. Hi apud Hæbreos Nathinæi vocantur.

IDEM.

Subdiaconi, qui apud græcos *hypodiaconi* vocantur, in Eſdra inueniũtur, appellanturq; ibi Nathinæi, id eſt, in humilitate Deo ſeruiẽtes. Ex eorum ordine fuit ille Nathanaël, qui in Euangelio Ioannis diuina proditione commonitus, Saluatorẽ meruit confiteri, quiq; etiam ad primum diuinitatis iudicium fidelis enituit, proteſtante domino ac dicẽte: Ecce verè Iſraëlita, in quo dolus non eſt. Denique iſti oblationes in templo domini ſuſcipiunt à populis. Iſti obediunt officijs Leuitarum. Iſti quoque vaſa corporis & ſanguinis Chriſti diaconibus ad altaria offerunt. De quibus quidẽ placuit patribus, vt *qui ſacra myſteria cõtrectãt, caſti ſint, & continentes ab vxoribus*, & ab

Cap. 10. li. 2. de Eccle. officiis.

Ordinatio Subdiaconi

ab omni immuditia ſint liberi, iuxta quod illis propheta dicente iubetur: Mundamini qui fertis vaſa Domini. Hi igitur cum ordinãtur, *ſicut ſacerdotes & leuitæ, manus impoſitionem nõ ſuſcipiunt*, ſed patenam tantum, & calicem *de manu Epiſcopi*, ab archidiacono ſcyphum aquæ cum vino, manile & manutergium accipiunt.

De S. Valentini Patauienſis Epiſcopi vocatione.

In eius vita. Ipſo ſanctiſsimi Valentini Pontificis inuẽto corpore noſtris temporibus in Eccleſia Patauienſi, iuxta illud reperta eſt tabula plumbea, in qua continebantur ſcripta ſtrictim, & vt vix poſſent intelligi, eius ſanctiſsima geſta, tum etiam quis fuerit, *quemadmodum eccleſia Patauienſis epiſcopatum adminiſtrarit*, vt expulſus in locis montanis vitam ſuam exegerit, vt denique poſt mortem reductus ſit. Quæ quidem ſcriptura tum vetuſtate, tum terræ putrefa-

Digitized by Google

trefactione diſsipata,& ab inuentoribus in vnum collecta, rerũ geſtarum ordinem hunc in modũ manifeſtat: Venit ab Oceano vir humilis, Valentinus nomine, in Norici vrbẽ patauium: *idq; animo apud illos prædicandi.* Sed quia id hominũ genus ferum ac belluinum nimis erat, exiguum apud illos animarum fructũ capere potuit. Videns autẽ terræ eius opportunitatem & quorundam hominum frugalitatem, regionemque iam albam ad meſſem, ita intra ſe cogitabat. Non *debet concionandi munus quiſquam ſibi vſurpare, niſi ex Apoſtolica authoritatis iuſsione,* ſicut ſcriptum eſt: Quomodo prædicabunt, niſi mittantur? Hæc dicens, adijt *Pontificem Romanum.* Qui eum honorificè & reuerenter excepit, libenterq; eum audiuit, & Apoſtolica authoritate eius ſtudium prædicandi confirmauit. Reuerſus ergo ille Patauium, tentauit illic

Sine vocatione nemo debet prædicare.

illic prædicare verbum vitæ, ſed nihil proficit: nondum enim tempus miſerendi eius aduenerat. Rurſus autem cogitauit adire *Romanum pontificem*, vt ab eo vel in aliam prouinciam *mitteretur*, vbi animas Chriſto lucrifaceret, & ſuæ quoq; ſalutis acciperet incrementa. Venit ad Pontificem, interrogatur ab eo, quid ita citò reuerti voluerit, reſpondet in hũc modum: Domine mi, pater chariſſime, obſtante infœlicitate mea, nõ potui vllùm fructũ facere. Redij ergo ad te, *orans, vt aliam ad gentem me mittas*, vbi fructum animarum, Chriſto iubente, colligam, nec minorem animæ meæ profectum percipiam. Reſpondit Pontifex: Inſta frater opportunè, importunè, & beatus erit fructus laboris tui: ſi poſsis tantũ vti conſtantia, donec frangas feritatem

Nota ordinationem S. Valẽtini

diu reluctantis populi. Quod ſi verò iam tertiò conando nihil effeceris, *authoritate Apoſtolica licebit tibi ad a-*

lias

Digitized by Google

lias gentes prædicandi cauſa commigrare. Atque ita *imponens ei manum, ordinauit eum Epiſcopum*, dataq; benedictione à ſe dimiſit.

Concilium Braccarenſe III. *circa annum 655.*

Omnis ſacerdos cùm ordinatur, orario, vtroq; humero ambiatur ſcilicet, vt qui imperturbatus præcipitur cōſiſtere inter proſpera & aduerſa, virtutū ſemper ornamento vtroque circumſeptus appareat humero. Qua ratione tēpore ſacrificij non aſſumit, quod ſe in ſacramento accepiſſe non dubitat. Proinde modis omnibus conuenit, vt quod quisque percepit in conſecratione honoris, hoc retineat & in oblatione vel perceptione ſuæ ſalutis: ſcilicet, *vt cùm Sacerdos ad ſolennia miſſarum accedit*, aut per ſe Deo ſacrificium oblaturus, aut ſacramentum corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſumpturus, non aliter accedat, quàm orario Can. 3. & 26.

vtroq; humero circumſeptus: ſicut *& tempore ordinationis ſuæ dignoſcitur conſecratus.*

S.Lamberti Epiſcopi Tungrenſis conſecratio.vixit anno 960.

Stephanus Epiſcopus Leodienſis in vita eius.

Poſtquam ab impijs interfectus, beatitudinis palmam Theodardus obtinuit, *fidelis Traiectenſis eccleſiæ populus, pro paſtore orbatus*, magno ſtudio inquirere cœpit aliquem illi ſanctitate parem, quem in eius locum ſubrogaret. Diu omnibus & accuratè perquiſitis, Lamberto nullus ſanctior repertus eſt. Eum igitur ſanctimoniæ honore cumulatum, parſimoniæ illuſtrem ornamentis, ſancti ſpiritus gratia operante, vniuerſa Traiectenſis plebs *epiſcopum elegit*, & in magiſtri locum ſuccedere voluit. *Regia quoque celſitudo* & palatij proceres, eius fama comperta, ſine mora cenſuêre eum in cathedra pontificia collocandum. At vir pius & manſuetus, omni bonitate refertus, & in vera

Plebs eligit. Epiſcopi conſecrant.

vera humilitate à Chriſto benè fundatus, tanta ſe functione indignum multis modis docere conabatur. Grandis honor eſt, inquit, fratres mei, *Epiſcopi miniſterium*,, ſed eius honoris graue eſt pōdus. Ego verò me illo honore prorſus indignum pronuncio, nec poſſum ſuſcipere quod vultis.

PAVLO POST.

Ergo Dei dextera exaltatus, & *Epiſcoporum benedictione conſecratus*, beatus Lambertus Traiectenſis Eccleſiæ factus eſt epiſcopus. Eum autem perpetuæ religionis apicem adeptus, pietatis ſtuduit augere opera pontificia dignitate auctus. Mactabat quotidie holocauſtum Domino, non ex pecoribus, ſed è ſuo ipſius corpore. Nec intermittebat *miſſarum ſolennia*, ſalutiferæ paſsionis Chriſti memoriā celebrans, offerēsq; Deo ꝓ illis ſacrificiū, pro quibus ſe nouerat rationē redditurum.

Concilium Toletanum XII, *circa annum 686.*

Cap. 5. Relatum nobis eſt, quosdam de *ſacerdotibus*, non tot vicibus communionis ſanctæ gratiam ſumere, *quot ſacrificia videntur in vna die offerre*: ſed in vno die, ſi plurima per ſe Deo offerunt ſacrificia, in omnibus ſe oblationibus à communione ſuſpendũt, & in ſola tantùm extrema ſacrificij oblatione communionis ſanctæ gratiam ſumunt: quaſi non ſit toties illis vero & ſingulari ſacrificio participandum, quoties corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti immolatio facta cõſtiterit. Nam ecce Apoſtolus dicit: Nónne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris? Certùm eſt, quòd hi, *qui ſacrificantes non* edũt, rei ſunt. Dominici Sacramenti Quicunque ergo *Sacerdotum deinceps diuino altario ſacrificium oblaturus acceſſerit*, & ſe à communione ſuſpenderit, ab ipſa, qua ſe indecenter

Digitized by Google

center priuauit, gratia communionis anno vno repulſum ſe nouerit. Nam quale erit illud ſacrificium, cui nec ipſe ſacrificans particeps eſſe cognoſcitur? Ergo modis omnibus eſt tenendum, vt quotiescunque ſacrificans corpus & ſanguinem Ieſu CHRISTI in altario immolat, toties perceptionis corporis & ſanguinis CHRISTI ſe participem præbeat.

Venerabilis Beda Presbyter vixit circa annum 692.

Reges Anglorum nobiliſsimi Oſuui prouinciæ Nordan Humbrorũ, & Ecgbert Cantuariorũ, habito inter ſe conſilio, quid de ſtatu Eccleſię Anglorum eſſet agendum (intellexerat enim veraciter Oſuui, quamuis educatus à Scotis, quia Romana eſſet Catholica et Apoſtolica Eccleſia) *aſſumpſerunt cum electione & conſenſu* ſanctæ Eccleſiæ gentis Anglorũ, virum bonum & aptum Epiſcopatu *presbyterum*, nomine Vuigardum de clero

In vita Theodori Archiepiſcopi Cantuarienſis; lib. 3. & 4. Hiſt. Eccl. Anglorũ.

clericorum ordinatio, & conſecratio reſeruata eſt, ne à multis eccleſiæ diſciplina vendicata concordiam ſolueret, ſcandala generaret. Nam Paulus Apoſtolus *eoſdem presbyteros*, vt verè ſacerdotes ſub nomine Epiſcoporũ aſſerit, loquens ad Titum: Huius rei gratia &c.

IDEM.

Cap.12.lib. 7. Etymologiarum.

Ordo Epiſcoporum quadripartitus eſt, id eſt, in *Patriarchis, Archiepiſcopis, metropolitanis, atque Epiſcopis.* Patriarcha, græca lingua ſummus patrum interpretatur: quia primum, id eſt, Apoſtolicum retinet locũ: & ideò quia ſummo honore fungitur, tali nomine cenſetur: ſicut Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus. Archiepiſcopus græco vocabulo, quod ſit ſummus Epiſcoporum. Tenet enim vicem Apoſtolicã, & præſidet tam Metropolitanis quàm Epiſcopis cæteris. Metropolitani autem à menſura ciuitatum vocantur.

Sin-

Digitized by Google

Singulis enim prouincijs præeminent, quorum authoritati & doctrinæ & poteſtati cœteri *ſacerdotes ſubiecti ſunt, ſine quibus nihil reliquos Epiſcopos agere licet.* Sollicitudo enim totius prouinciæ ipſis epiſcopis cōmiſſa eſt. Omnes autem ſuperiùs deſignati ordines vno eodemq; vocabulo epiſcopi nominantur: ſed ideo priuato nomine quidam vtuntur, propter diſtinctionem poteſtatum, quam ſingulariter acceperant.

IDEM.

Chorepiſcopi, id eſt, vicarij epiſcoporum, iuxta quod Canones ipſi teſtantur, inſtituti ſunt ad exemplum *ſeptuaginta ſeniorum tanquam ſacerdotes*, propter ſolicitudinem pauperum. Hi in vicis & villis inſtituti, gubernant ſibi commiſſas Eccleſias, habentes licentiam conſtituendi lectores, ſubdiaconos: ordinare non audeāt pręter conſcientiā epiſcopi, in cuius regione præeſſe noſcuntur. Lib. 2, cap. 6. de Eccle. officiis.

Hi

Hi autem à ſolo epiſcopo ciuitatis, cui adiacent, ordinantur.

IDEM.

Ibid. ca. 7. *Presbyterorum ordo exordium ſumpſit à filijs Aaron*: qui enim ſacerdotes vocabantur in veteri teſtamento, hi ſunt, qui nunc appellantur presbyteri. Et qui nuncupabantur *principes ſacerdotum, nunc Epiſcopi* nominantur.

IDEM.

Cap. 12. li. 7. Etymo. Leuitæ ex nomine authoris vocati: de Leui enim Leuitæ exorti ſunt, à quibus in templo Dei myſtici Sacramenti miniſteria explebantur. Hi græcè *diaconi, latinè miniſtri* dicuntur. Quia ſicut in ſacerdote conſecratio, ita in diacono miniſterij diſpenſatio habetur.

IDEM.

Ibidem. *Hypodiaconos* græcè quos nos ſubdiaconos dicimus, hi ideo ſic appellantur, quia ſubiacent præceptis, & officijs Leuitarum. *Oblationes* enim in

in templo Dei à fidelibus ipſi ſuſcipiunt, & Leuitis ſuperponendas altaribus deferunt. Hi apud Hæbreos Nathinæi vocantur.

IDEM.

Subdiaconi, qui apud græcos *hypodiaconi* vocantur, in Eſdra inueniũtur, appellanturq́; ibi Nathinæi, id eſt, in humilitate Deo ſeruiẽtes. Ex eorum ordine fuit ille Nathanaël, qui in Euangelio Ioannis diuina proditione commonitus, Saluatorẽ meruit confiteri, quiq; etiam ad primum diuinitatis iudicium fidelis enituit, proteſtante domino ac dicẽte: Ecce verè Iſraëlita, in quo dolus non eſt. Denique iſti oblationes in templo domini ſuſcipiunt à populis. Iſti obediunt officijs Leuitarum. Iſti quoque vaſa corporis & ſanguinis Chriſti diaconibus ad altaria offerunt. De quibus quidẽ placuit patribus, vt *qui ſacra myſteria cõtrectãt, caſti ſint, & continentes ab vxoribus*, & ab

Cap. 10. li. 2. de Eccle. officiis.

Ordinatio Subdiaconi

ab omni immuditia ſint liberi, iuxta quod illis propheta dicente iubetur: Mundamini qui fertis vaſa Domini. Hi igitur cum ordinātur, *ſicut ſacerdotes & leuitæ, manus impoſitionem nō ſuſcipiunt*, ſed patenam tantum, & calicem *de manu Epiſcopi*, ab archidiacono ſcyphum aquæ cum vino, manile & manutergium accipiunt.

De S. Valentini Patauienſis Epiſcopi vocatione.

In eius vita. Ipſo ſanctiſsimi Valentini Pontificis inuēto corpore noſtris temporibus in Eccleſia Patauienſi, iuxta illud reperta eſt tabula plumbea, in qua continebantur ſcripta ſtrictim, & vt vix poſſent intelligi, eius ſanctiſsima geſta, tum etiam quis fuerit, *quemadmodum eccleſia Patauienſis epiſcopatum adminiſtrarit*, vt expulſus in locis montanis vitam ſuam exegerit, vt denique poſt mortem reductus ſit. Quæ quidem ſcriptura tum vetuſtate, tum terræ putreſa-

trefactione diſsipata, & ab inuentoribus in vnum collecta, rerũ geſtarum ordinem hunc in modũ manifeſtat: Venit ab Oceano vir humilis, Valentinus nomine, in Norici vrbẽ patauium: *idq; animo apud illos prædicandi*. Sed quia id hominũ genus ferum ac belluinum nimis erat, exiguum apud illos animarum fructũ capere potuit. Videns autẽ terræ eius opportunitatem & quorundam hominum frugalitatem, regionemque iam albam ad meſſem, ita intra ſe cogitabat. Non *debet concionandi munus quiſquam ſibi vſurpare, niſi ex Apoſtolica authoritatis iuſsione*, ſicut ſcriptum eſt: Quomodo prædicabunt, niſi mittantur? Hæc dicens, adijt *Pontificem Romanum*. Qui eum honorificè & reuerenter excepit, libenterq; eum audiuit, & Apoſtolica authoritate eius ſtudium prædicandi confirmauit. Reuerſus ergo ille Patauium, tentauit illic

Sine vocatione nemo debet prædicare.

illic prædicare verbum vitæ, ſed nihil proficit: nondum enim tempus miſerendi eius aduenerat. Rurſus autem cogitauit adire *Romanum pontificem*, vt ab eo vel in aliam prouinciam *mitteretur*, vbi animas Chriſto lucrifaceret, & ſuæ quoq; ſalutis acciperet incrementa. Venit ad Pontificem, interrogatur ab eo, quid ita citò reuerti voluerit, reſpondet in hūc modum: Domine mi, pater chariſſime, obſtante infœlicitate mea, nō potui vllum fructū facere. Redij ergo ad te, *orans, vt aliam ad gentem me mittas*, vbi fructum animarum, Chriſto iubente, colligam, nec minorem animæ meæ profectum percipiam. Reſpondit Pontifex: Inſta frater opportunè, importunè, & beatus erit fructus laboris tui: ſi poſsis tantū vti conſtantia, donec frangas feritatem diu reluctantis populi. Quod ſi verò iam tertiò conando nihil effeceris, *authoritate Apoſtolica licebit tibi ad alias*

Nota ordinationem S. Valētini

lias gentes prædicandi cauſa commigrare. Atque ita *imponens ei manum, ordinauit eum Epiſcopum*, dataq́; benedictione à ſe dimiſit.

Concilium Braccarenſe III. *circa annum 655.*

Omnis ſacerdos cùm ordinatur, orario, vtroq; humero ambiatur ſcilicet, vt qui imperturbatus pręcipitur cõſiſtere inter proſpera & aduerſa, virtutũ ſemper ornamento vtroque cir cumſeptus appareat humero. Qua ratione tẽpore ſacrificij non aſſumit, quod ſe in ſacramento accepiſſe non dubitat. Proinde modis omnibus conuenit, vt quod quisque percepit in conſecratione honoris, hoc retineat & in oblatione vel perceptione ſuæ ſalutis: ſcilicet, *vt cùm Sacerdos ad ſolennia miſſarum accedit*, aut per ſe Deo ſacrificium oblaturus, aut ſacramentum corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſumpturus, non aliter accedat, quàm orario Can. 3. & 26.

M vtro-

vtroq; humero circumſeptus: ſicut *& tempore ordinationis ſua dignoſcitur conſecratus.*

S. Lamberti Epiſcopi Tungrenſis conſecratio. vixit anno 960.

Stephanus Epiſcopus Leodienſis in vita eius.

Poſtquam ab impijs interfectus, beatitudinis palmam Theodardus obtinuit, *fidelis Traiectenſis eccleſiæ populus, pro paſtore orbatus*, magno ſtudio inquirere cœpit aliquem illi ſanctitate parem, quem in eius locum ſubrogaret. Diu omnibus & accuratè perquiſitis, Lamberto nullus ſanctior repertus eſt. Eum igitur ſanctimoniæ honore cumulatum, parſimoniæ illuſtrem ornamentis, ſancti ſpiritus gratia operante, vniuerſa Traiectenſis plebs *epiſcopum elegit*, & in magiſtri locum ſuccedere voluit. *Regia quoque celſitudo* & palatij proceres, eius fama comperta, ſine mora cenſuêre eum in cathedra pontificia collocandum. At vir pius & manſuetus, omni bonitate refertus, & in

Plebs eligit. Epiſcopi conſecrant.

vera

vera humilitate à Chriſto benè fundatus, tanta ſe functione indignum multis modis docere conabatur. Grandis honor eſt, inquit, fratres mei, *Epiſcopi miniſterium*, ſed eius honoris graue eſt pōdus. Ego verò me illo honore prorſus indignum pronuncio, nec poſſum ſuſcipere quod vultis.

PAVLO POST.

Ergo Dei dextera exaltatus, & *Epiſcoporum benedictione conſecratus*, beatus Lambertus Traiectenſis Eccleſiæ factus eſt epiſcopus. Eum autem perpetuæ religionis apicem adeptus, pietatis ſtuduit augere opera pontificia dignitate auctus. Mactabat quotidie holocauſtum Domino, non ex pecoribus, ſed è ſuo ipſius corpore. Nec intermittebat *miſſarum ſolennia*, ſalutiferæ paſsionis Chriſti memoriā celebrans, offerēsq; Deo ꝓ illis ſacrificiū, pro quibus ſe nouerat rationē redditurum.

center priuauit, gratia communionis anno vno repulſum ſe nouerit. Nam quale erit illud ſacrificium, cui nec ipſe ſacrificans particeps eſſe cognoſcitur? Ergo modis omnibus eſt tenendum, vt quotiescunque ſacrificans corpus & ſanguinem Ieſu CHRISTI in altario immolat, toties perceptionis corporis & ſanguinis CHRISTI ſe participem præbeat.

Venerabilis Beda Presbyter vixit circa annum 692.

Reges Anglorum nobiliſsimi Oſuui prouinciæ Nordan Humbrorũ, & Ecgbert Cantuariorũ, habito inter ſe conſilio, quid de ſtatu Eccleſię Anglorum eſſet agendum (intellexerat enim veraciter Oſuui, quamuis educatus à Scotis, quia Romana eſſet Catholica et Apoſtolica Eccleſia) *aſſumpſerunt cum electione & conſenſu* ſanctæ Eccleſiæ gentis Anglorũ, virum bonum & aptum Epiſcopatu *presbyterum*, nomine Vuigardum de clero

In vita Theodori Archiepiſcopi Cantuarienſis; lib. 3. & 4. Hiſt. Eccl. Anglorũ.

clero Deusdedit epiſcopi: & *hunc Antiſtitem ordinandum Romam miſerunt: quatenus accepto ipſe gradu Archiepiſcopatus* Catholicis per omnem Britanniam Eccleſijs Anglorum *ordinare poſſet Antiſtites.*

IDEM.

Ibidem. Itaque Theodorus perluſtrans vniuerſa, ordinabat *locis opportunis Epiſcopos*, & ea, quæ minûs perfecta reperit, his quoq; iuuantibus corrigebat. In quibus & *Ceadda Epiſcopum* cùm argueret non fuiſſe *riè conſecratum*, reſpondens ipſe voce humilima, dixit: Si me, inquit, noſti Epiſcopatum non ritè ſuſcepiſſe, libenter ab officio diſcedo: quippe qui neque me vnquam hoc eſſe dignum arbitrabar, ſed obedientiæ cauſa iuſſus ſubire, quamuis indignus, conſenſi. At ille audiens reſponſionis eius humilitatem, *dixit non eum Epiſcopatum dimittere debere: ſed ipſe ordinationem eius denu Catholica ratione conſummauit.*

Digitized by Google

uit Eo autem tempore, quo defuncto Deusdedit, Dorouernenſis Eccleſiæ Epiſcopus quærebatur, ordinandusq́ue mittebatur, *Vuilfridus* quoque de Britannia in *Galliam ordinandus eſt miſſus*. Et quoniam ante Theodorum redijt, ipſe etiam in Cantia *presbyteros & diaconos*, vſque dum Archiepiſcopus ad ſedem ſuã perueniret, *ordinabat*. At ipſe veniens, mox in ciuitate Rhofi, vbi defuncto Damiano, epiſcopatus iamdiu ceſſauerat, *ordinauit virum magis Eccleſiaſticis* diſciplinis inſtitutum, & vitæ ſimplicitate contentum, quàm in ſeculi rebus ſtrenuũ, cui nomen erat Putta, maximè autem modulandi in eccleſia more Romanorum, quem à diſcipulis Papæ Gregorij didicerat peritum.

IDEM.

Finitis Paſchæ veteris ſolennijs, quæ in commemoratione antiquæ de Aegipto libera- In cap. 22. Lucæ.

tionis agebantur, *tranſijt ad nouum, quod in ſua redemptionis memoriã Ecclesia frequentare deſiderat,* vt videlicet, pro carne agni vel ſanguine, ſuę carnis ſanguinisq; Sacramentum in panis ac vini figura ſubſtituens, ipſum ſe eſſe monſtraret, cui iurauit Dominus & non pœnitebit eum: *Tu es ſacerdos in æternum,* ſecundum ordinem Melchiſedech.

IDEM.

Lib. 5. Eccl. Hiſt. Angl. c. 22.

Verùm his de Paſcha ſuccinctè, vt petiſtis, ſtrictimq; cõmemoratis, *tonſuram quoq;* (de qua pariter vobis literas fieri voluiſtis) *hortor, vt Eccleſiaſticam & Chriſtianæ fidei congruam habere curetis.* Et quidem ſcimus, quia neque Apoſtoli omnes vno eodemq; ſint modo attonſi, neque nũc Eccleſia Catholica ſicut vna fide, ſpe, & charitate in Deum conſentit: ita & iam vna atque indiſsimili totum per orbem tonſuræ ſibi forma congruit.

Poſt

Poſt pauca.

Verùm ſi profiteri nobis liberum eſt,quia tonſuræ diſcrimen non noceat,quibus pura in Deum fides & charitas in proximum ſyncera eſt, maximè cùm nunquâm Patribus Catholicis ſicut de Paſchæ vel fidei diuerſitate conflictus, ita etiam de tonſuræ differentia legatur aliqua fuiſſe controuerſia. Inter omnes tamen,quas vel in Eccleſia,vel in vniuerſo hominum genere reperimus tonſuras,nullam magis ſequendam nobis amplectédamq; iure dixerim ea, quam in capite ſuo geſtabat ille,cui ſe confitenti Dominus ait:Tu es Petrus,& cætera.Nullá verò magis abominandam,deteſtandamque meritò cunctis fidelibus crediderim ea,quam habebat ille, cui gratiam Spiritus ſancti comparare volenti, dicit idem Petrus: Pecunia tua tecũ ſit,&c.Neque verò ob id tantum in coronam attondimur, quia Petrus

ita attonſus eſt: ſed quia Petrus in memoriam Dominicæ Paſsionis ita attonſus eſt, idcirco & nos, qui per eandem paſsionem ſaluari deſideramus, ipſius paſsionis ſignum in vertice, ſumma videlicet corporis noſtri parte geſtamus. Sicut enim omnis Eccleſia, quæ per mortem ſui viuificatoris Eccleſia facta eſt, ſignũ ſanctæ crucis eius in fronte portare conſueuit, vt crebrò vexilli huius munimine à malignorum ſpirituum defendatur incurſibus, crebra huius admonitione doceatur, ſe quoque carnem ſuam cum vitijs & concupiſcentijs crucifigere debere: ita etiam oportet eos, qui *vel Monachi votum, vel gradum clericatus habentes, arctiorbus* ſe neceſſe habent pro Domino continentiæ frenis aſtringere; formam quoque coronę, quam ipſe in paſsione ſua ſpineam portauit in capite, vt ſpinas ac tribulos peccatorum noſtrorum portaret, id eſt ex-

portaret,

portaret, & auferret à nobis, ſuo quenque in capite per tonſurá præferre. Vt ſe etiam irriſiones & opbria pro illo libenter ac prompto animo ſufferre ipſo etiam frontiſpicio doceant. Vt coroná vitæ, quàm repromiſit Deus diligentibus ſe, ſe ſemper expectare, proq; huius perceptione & aduerſa ſe mundi & proſpera contemnere deſignent.

Synodus Bracchrenſis, circa annum 647.

Non licet populo electionem facere eorum, qui ad ſacerdotium promouẽtur: ſed in iudicio Epiſcoporum eſt, vt eum, qui ordinandus eſt, probent, ſi in ſermone, & fide ſpirituali edoctus ſit.

De S. Kiliano vixit anno 704.

Profectus eſt (Kilianus) in Germaniæ prouinciá, quæ ab incolis terræ illius orientalis Francia vocitatur, ibiq; in oppido, quod lingua illorũ Vuirtzburg dicitur, morari cõſtituit In vita eius.

 non

non veritus incredulæ gentis ferita-
tem, quippe qui animo intrepido
coroná martyrij appeteret. Interim
tamen à verbo prædicationis abſti-
nuit, *donec ſe Romano Pontifici præſen-
taret, vt apud Romanam ſedem*, & inte
grum Chriſtianæ religionis dogma
& licentiam prædicandi acciperet.
Hibernia ſiquidem olim Pelagiana
fœdata fuerat hæreſi, Apoſtolicaq́;
cenſura damnata, quæ niſi Romano
iudicio ſolui non poterat. Itaq; vir
ſanctiſsimus coram Primate Apoſto
licæ ſedis eiuſdemque miniſtris, vt
ipſi ſemina diuini verbi gentilibus
erogare liceret, ſtudio diuini amoris
expetiuit, Tunc autem præerat Ro-
manæ Eccleſiæ Conon pontifex, hu
manis diuinisq́; literis pollẽs, ponti-
ficali officio congruus, in ordinan-
dis Eccleſiaſticis rebus diſcretor ido
neus. Is audita fide iam dicti viri cha
ritatis nexibus illigata, Deo quidem
gratias egit, illi verò ſeſe charitatis
beneuo-

Nota à quo S. Kilianus prędicandi licentiam acceperit.

beueuolentia impertiuit, exultans ſemina diuini eloquij ab inſularibus & lõgè poſitis doctoribus ꝓpagari. Erat, inquam, apud egregium Pontificem non modica exultatio, quòd cerneret paulatim euacuari fraudes antiqui hoſtis, creſcentibus miniſtris diuinæ operationis. Itaq; *conſenſu totius vrbis beatiſsimum virũ in præſulatus officio conſtituit, quo & chriſma conficere, & eccleſias dedicare, & ſacros ordines conferre irreprehenſibiliter valeret.* Atque his ita peractis, dimiſit eum, monens vt cœpto operi inſiſteret, à Domino parato ſibi præmio æternæ retributionis.

Gregorius II vixit anno 715.

Probabilibus deſiderijs nihil tarditatis præſtantes, fratrem iam & *coëpiſcopum noſtrum Bonifacium vobis ordinauimus ſacerdotem*: cui dedimus in mandatis, ne vnquam *ordinationes præſumat illicitas*, nè bigamum aut qui virginem non eſt ſortitus vxorem,

In Epiſt. quadam ad clerum & populum germaniæ vitæ S. Bonifacii inſerta.

rem, neque illiteratum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut ex pœnitente, vel curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxium notatumque ad ſacros ordines permittat accedere: ſed ſi quos huiuſmodi repererit, non audeat promouere. Afros, paſſim ad Eccleſiaſticos ordines prætendentes, nulla ratione ſuſcipiat: quia aliqui eorum Manichæi, aliqui rebaptizati ſæpius ſunt probati. Miniſteria atque ornatum Eccleſiæ, vel quicquid illud eſt in patrimonio eiuſdem, non minuere ſtudeat, ſed augere. De reditu verò eccleſiæ, vel oblatione fidelium, quatuor faciat portiones: quarum vnam ſibi *ipſe retineat, alteram clericis pro officiorum ſedulitate diſtribuat*, tertiam pauperibus & peregrinis: quartam Eccleſiaſticis fabricis nouerit reſeruandam, de quibus diuino erit redditurus iudicio rationem. *Ordinationes verò presbyterorum ſeu diaconorum, non niſi*

quarti,

quarti,ſeptimi & decimi menſis ieiunijs,ſed & in ingreſſu Quadrageſimali,atque medio veſpere ſabbathi nouerit celebrandas. Sancti autem baptiſmi Sacramentum, non niſi in Paſchali feſtiuitate,& Pentecoſte nouerit eſſe præbendum: exceptis his, quibus mortis vrgente periculo,ne in æternum pereant,talibus oportet remedijs ſubuenire. Huic ergo ſedis noſtræ præcepta ſeruanti, deuotis animis, obſequi vos oportet, vt irrepræhenſibile placidumq; fiat corpus Eccleſię, per Chriſtum dominum noſtrum.

Gregorius III. vixit anno 731.

Quoniam deceſſor noſter ſanctæ recordationis Gregorius Pręſul, nutu diuino motus,ad faciendam Deo plebem perfectam,præſentium portitorem literarum Bonifacium, reuerendiſsimum fratrem noſtrum ac *coëpiſcopũ ordinans*,ad vos vſq; deſtinauit,eũq; regulá & normá Apoſto- In vita Bonifacii. Epiſt.ad prouincias Germanię.

lic*æ*

licæ & Catholicæ fidei edocens direxit: & poſt temporum ſpatia orationis cauſa ad limina beatorũ Apoſtolorum ſeſe præſentauit, & quę ad ſalutem animarum pertinent, à nobis poſcit imbui: nos Deo fauente, vt ſacra docet ſcriptura, eum educantes, ad vos, chariſsimi, remeandum abſoluimus: hortantes vos in Domino, vt dignè ſuſcipiatis ab eo verbum exhortationis, *vt epiſcopos vel presbyteros, quos ipſe ordinauerit per Apoſtolicam ſibi datam authoritatem, in Eccleſiæ miniſterio recipiatis*. Et ſi quos forſan deuiantes inuenerit à rectę fidei tramite, ſeu canonica doctrina, eosq; prohibuerit, à vobis nullo modo impediatur: & quod eis impoſitum fuerit, obediendo propter Deũ ſuſcipiant. Nam qui temerator extiterit ad obediendũ, ſibimetipſi damnationem acquirit.

De S.

De S. Bonifacio hiſtoria, vixit circa annum 731.

Vt adfuit dies ordinationis eius, qui fuit pridie Calendas Decembris, id eſt, in ſancti Andreæ Apoſtoli ferijs, *Pontifex eum & conſecrauit Epiſcopum, & Bonifacium dici voluit*, cùm antea Vuinfridus diceretur: & vt obedientiam ſibi ſuiſque ſucceſſoribus exhibendam, omnemq; ſacræ fidei traditionem obſeruandam arctiùs eum aſtringeret, iuramentum ab eo exegit & accepit. In eius. vita.

IBIDEM.

Cùm *ſacerdotum fallaciam*, atque malitiam aliter arceri non poſſe cerneret, Baioarice prouinciam, Vtilone Duce conſentiente, in quatuor Paræcias diſtribuit, eisq; tres eximia virtute viros præfecit, *cùm eos priùs epiſcopos ordinaſſet*. Ex his primus fuit Ioannes, quem voluit Salisburgenſis oppidi Cathedram obtinere. Alter Erimbertus, qui Friſingenſi

eccleſiæ

Digitized by Google

eccleſię prępfectus eſt. Tertius Gouuiboldus Ratiſponæ, quæ eſt Baioariæ metropolis, *antiſtes inſtitutus eſt. Viuilus verò à præſule apoſtolico iam ordinatus*, Patauienſi eccleſiæ epiſcopus datus eſt. His ergo epiſcopis ita inſtitutis, correctisq; ijs, quæ in Baroaria emendatione digna videbantur, ad ſuas eccleſias ſe recepit.

IDEM.

In epiſto. quadã ad Gudbertũ.

Illud autem quod *laicus homo, vel Imperator, vel rex*, aut aliquis præfectorum, vel comitum, ſeculari poteſtate fultus, per violentiam rapiat monaſterium *de poteſtate epiſcopi vel abbatis*, aut Abbatiſſæ, & incipiat ipſe vice abbatis regere, & habere ſub ſe monachos, & pecuniam poſsidere, quæ fuit Chriſti ſanguine comparata, talem hominem antiqui patres nominabant raptorem & ſacrilegum, & homicidam pauperum, & lupum diaboli, intrantem in ouile Chriſti, & maximo anathematis vin

culo

culo dánandũ ante tribunal Chriſti.

Alcuinus Præceptor Caroli magni vixit anno 770.

Quando autem *per manum Sacerdotis* corpus Chriſti accipis, *non Sacerdotem* quem vides, ſed illũ quem nõ vides attende. Sacerdos eſt diſpenſator huius cibi, non auctor. In cap. 6. Ioannis.

Theophylactus circa annum 750.

μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερείου, τουτέστι τῶν ἐπισκόπων, οὐ γὰρ δὴ πρεσβύτεροι ἐπίσκοπον ἐχειροτόνουν. ὅρα δὲ φρικτὸν, τί δύναται ἡ ἐπίθεσις τῶν ἱερατικῶν χειρῶν. Interpretans verbũ presbyterii,

Cùm impoſitione, inquit, manuũ *presbyteri*, id eſt, epiſcoporum. Non enim *presbyteri epiſcopum ordinant*. Vide verò (quod terrorem inijcit) quantum impoſitio manuum ſacrarum valeat.

IDEM.

Præceptoris *& ſacerdotij* cùm magna ſit dignitas, de iudicio confirmanda hæc fuerit, vt qui dignior ſit,

ſit,id munus ſuſcipiat. Eoq; apud veteres prophetarum vaticinio & iuſſu *Sacerdotis,hoc eſt,per ſpiritum ſanctum mox creabantur*. Eſt enim prophetiæ proprium,vel præſentia dicere. Sic itaque eſt & Timotheus *in ſacerdotem electus*, de quo & editas prophetias fuiſſe teſtatur. Vel tum fortè,cùm fuit ad ſacerdotium ille aſſumptus & circumciſus, & *ad ſacros ordines demum prouectus*,perinde dignitatem omnem huiuſmodi ex prophetia & Spiritus reuelatione adeptus.

IDEM.

Velim equidem te hortari quàm maximè,& excitare, *vt Spiritus gratiam*,quam ad tutandam eccleſiam, & ſigna operanda,& *omnem denique Epiſcopum decentem* virtutem acceperis,reſuſcites,& viuam reddas & floridam. Ineſt quidem tibi de iſtiusmodi gratia ,quam ſimul *ac tibi manus impoſui*,accepiſti,cùm te ſcilicet *Epi-*

piſcopum

piſcopum conſtituerem & ſacrarem,

IDEM.

Cur autem quæret aliquis, *Sacerdotes hic præterit?* Quia *quæ dicta de Epiſcopis ſunt, ſacerdotibus competunt.* His namque, vt & alios inſtruant, & vt Eccleſijs præſint, iniunctum eſt.

Ad caput tertium Epiſt. 1. ad Timoth.

IDEM.

Presbyteros hoc loco dicit Epiſcopos: ſicut & in epiſtola ad Timotheum prædixerat: inſtituit autem vt ciuitatibus ſingulis ſinguli præficerentur epiſcopi.

Capite 1. ad Titum. ad locũ Et conſtituas per ciuitates presbyteros.

S. Corbiniani ordinatio anno 716.

Venerabilis autem Papa *Gregorius* audiens viri Dei (Corbiniani) verba, intellexit zelum animi eius, qualiter & quâm magnam in Dei opere haberet animi puritatem. Erat enim vir Dei valde facundus, & humanitate præcipuus, conuerſatione inter omnes præclarus, contra vitia ad iraſcendũ facilis, velox ad ignoſcendum

In vita eius, edita ab Aribone quarto Friſingenſi Epiſcopo.

dum conuerſis, non piger in bona operatione, deditus orationi, ſtudioſus pſalmodiæ, præclarus in vigilijs, frequens in ieiunijs, largus in Eleemoſynis, ad omne bonum ſemper promptiſsimus, vir mitis atque modeſtus, nulli pietate ſecundus. Sed quid de eo dicendum eſt, quem omnes beneuolentibus, ſimulq; indigẽtibus, omnis boni adiumentũ, quantum potuit, fuiſſe non eſt dubium? Itaque vir Dei ſpiritu ſancto repletus, vnicuiq; congruẽs erat ſexui vel ætati, vt per ſanctæ cõuerſationis ſtudium poſſet vnicuiq; ſanctarũ exempla virtutũ oſtendere. Sed hæc beatiſsimus Papa Gregorius intuens, cœpit cum ſuis inire conſilium, ne tanti luminis fulgor abſconderetur ſub modio, ſed vt ſecundum dicta veritatis, ſuprà candelabrum poſito illo, multi ab eo illuminarentur: cogitauitq;, *vt ex authoritate beati Petri Apoſtoli, ſacerdotalem ei honorẽ conferret.*

Itaq;

itaq; in viro Dei,quę cõſultando tractauerat,opere perficiẽs,*per ſingulos gradus ad ſummũ vſq; pontificalẽ* eum perduxit honorem. Vir itaq; ſanctus, quãuis coactus,tamen dono Dei & diuini muneris largitori conſentiẽs, pſalmiſtæ nõ immemor, timens ne tali fraudaretur honore, dicentis: Quia noluit benedictionem,elõgabitur ab eo,quamuis honorẽ fugiendo humilitatẽ continere voluiſſet, obeditionem tamen maiorẽ iudicauit,ne patrem reſiſtendo contriſtaret,vel diuinæ voluntati contraire videretur. *Coactus ergo ſacerdotalem ſuſcepit benedictionem,accepto etiã pallio cum benedictione,& adiutorio beati Petri Apoſtoli,vt vbiq; prædicationis officium exercere in toto orbe poßet,& tãti patris conſeſſu poteſtatem haberet.*

S. Burchardi ordinatinatio anno 725.

Poſthæc inito cõſilio coëpiſcoporũ, Cardinaliũ,totiuſq; Rom. cõſilij,

Egiluuardus Monachus,in vicun-ta eius.

cunctorum corda ſimul & ora fauorabiliter concordantia ſibi inuenit, quatenus Vuirciburgenſis ciuitas orientalis Franciæ, *cathedra Pontificatus inſigniretur*: nec non & Burchardus, tam excellentis teſtimonij *presbyter*, ibidem *primus ab ipſo ſummo ſacerdote præſul ordinetur & conſecretur*. Quod mox ipſe cum omni deuotione & gaudio ſpirituali, tota Romana cooperante Eccleſia, feſtinauit adimplere, riteq́; peractum *Apoſtolica authoritate, ratis quoq; tam ſecularibus, quàm Eccleſiaſticis adſtipulationibus, canonicè ac iure gentium modis omnibus curauit confirmare.* Nam vbi S. Zacharias electum Burchardum, *Chriſti Chriſmate proprijs manibus perfuſum*, Chriſto Chriſtum Domini ſatis ſuperq́; myſticis imprecationibus *Eccleſiaſtico more commendauit, atque ſacrauit.*

S. VVolf-

S. Vuolfgangni vocatio anno 745.

Per id tempus beatus *Antiſtes Vdalricus*, cuius ſanctitatis fama Europa omnis adſperſa eſt, cauſa viſitandi fratres pro more ad illud peruenit monaſterium. Vbi cùm ad aliquot hæſiſſet dies, & de Vuolfgangi vita & moribus cognouiſſet, magno eũ amoris ſtudio complecti ac venerari cœpit, ita vt non diu pôſt etiam *renitentem ſacerdotio initiarit.* In eius vita.

IBIDEM.

Poſt hæc cum legatis Imperatoris profecti ſunt Ratisponam, vbi clerus & populus, vt Imperator petebat, *more Eccleſiaſtico ſanctum Vuolfgangum vnanimiter elegerũt*, electũq; cum Imperatoris nuncijs ad eius aulam dimiſerunt. Cumq; in eius veniſſet conſpectum, ad pedes eius aduolutus, fatebatur ſe indignum, indoctum, ignobilem, & monaſticam profeſsionẽ conſectantẽ, nihil abſq; ſui Abbatis permiſſu debere ſuſcipe-

 re:

re: ſimulq́; orabat, ne ſanctũ locum ipſius fœditate cõtaminaret. Imperator autem cernens illũ adeò renitentem, certiùs inde colligit integritatem eius, & quàm planè illo honore dignus ſit. Itaque ſpeciale quiddã in eo agnoſcens, quamuis reluctanti, multumq́; ingemiſcenti, *Epiſcopatum commendat*. Multis inde adiunctis ei fidis itineris comitibus, Ratisponam eum remittit. Quò poſtquã peruenit, cum canticis lætitiæ & voce exultationis excipitur, & *more antiſtitum inauguratus, ſummo paſtori commendatur, atque poſt dies aliquot à Eriderico Archiepiſcopo illiusq́; ſuffraganijs conſecratur,*

Amalarius Archiepiſcopus Treuerenſis, vixit anno 816.

Lib. de Myſteriis Miſſæ, cap. 28.

Precatur *Sacerdos*, vt præſens oblatio ita ſit accepta in conſpectu diuinæ maieſtatis, quatenus ſumpturi eam, ſimul fiant cœleſtes, & gratia Dei repleti. Mira & magna fides ſan-

ctæ

ctæ Eccleſiæ, quæ ſuis oculis videt quod mortalibus deeſt. Videt quid credere debeat, quamuis nondũ videat quod in ſpecie eſt. *Credit ſacrificium* præſens per Angelorũ manus deferri ante conſpectũ Domini, & ſentit mandendum eſſe ab humano ore. Credit namq; corpus & ſanguinem Domini eſſe, ab hoc morſu cœleſti benedictione repleri animas ſumentium.

Sacerdotis eſt ſacrificare.

Concilium Aquiſgranenſe vixit an. 820.

Subdiaconi qui apud grçcos hypodiaconi vocantur, in Eſdra inueniũtur, appellanturq; ibi Nathinçi. *iſti oblationes in tẽplo Domini ſuſcipiunt* à populo: iſti officijs obediũt Leuitarum: iſti quoq; vaſa corporis & ſanguinis Chriſti *Diaconis* ad altaria Domini offerunt: de quibus quidẽ placuit patribus, vt quia ſacra myſteria contrectant, caſtè, & cõtinentes ſint ab vxoribus. *IDEM.*

Cap 6. Eſdiæ 7.

Presbyteri interpretãtur Seniores. Cap. 8.

His enim ſicut *Epiſcopis diſpenſatio myſteriorum Dei commiſſa eſt*: pręſunt enim Eccleſiæ Chriſti, & in confe-ctione Dominici corporis & ſangui nis conſortes ſunt cum Epiſcopis.

Haymo Epiſcopus Halberſtatenſis vixit anno 834.

In 1 ad Corinth. Sicut caro Chriſti quam aſſum-pſit in vtero virginali, verum cor-pus eius eſt, & pro noſtra ſalute oc-ciſum: ita panis quem Chriſtus tra-didit diſcipulis ſuis, omnibusq; prę-deſtinatis ad vitam æternam, & quē *quotidie conſecrant Sacerdotes* in Ec-cleſia cum virtute diuinitatis, quæ illum replet panem, verum corpus Chriſti eſt.

IDEM.

Ad locum Pauli. Noli negligere gratiā &c. Gratiam appellat hîc fidem, & ſa pientiam, atque remiſsionem pecca-torum, & *gratiam epiſcopatus*, quæ per prophetiam data eſt illi. Quia pro-phetiæ Spiritu reuelante, cognouit B. Paulus Timotheum dignum eſſe *epiſcopali honore*. Care-

Carolus Magnus vixit anno 800

Inſtituimus, vt Pontifex vnuſquiſq; *ordinet,& diſponat eccleſiam ſuam canonico ordine*,& ſacerdotes ſuos, vel clericos diſtringat canonico ordine viuere. Et ſi quis Pontifex clericos ſuos Canonico ordine diſtringere noluerit, amathema ſit. De legibus Longobardo i. Tit. L.18.

IDEM.

De Eccleſijs baptiſmalibus vt nullatenus *laici homines eas tenere debeãt, ſed per Sacerdotes fiant*, ſicut ordo eſt gubernare, neque illi pagenſes negligentiá habeant de hoc, quod ibidem facere debent, & illi ſacerdotes eas ſic regant; quomodo ordo canonicus expoſcit. Ibidem L. 29.

Rabanus, anno 847.

Ideo *presbyteri ſacerdotes vocantur*, quia ſacrum dant ſicut epiſcopi, id eſt, in confectione diuini corporis, & ſanguinis, & in baptiſmate, & in officio prædicandi. Sed licèt ſint *Sacerdotes, tamen pontificatus apicem* Cap. 6. lib. 1. de inſtitutione clericorum.

non habent: quod nec Chriſmate frõtem ſignant, nec paracletum Spiritum dant, quod *ſolis epiſcopis deberi*, lectio Actus Apoſtolorum demõſtrat, nec *ordinare clericos* in ſacris ordinibus poſſunt. *IDEM.*

Cap.7. lib.1. de inſt. Cle. In nouo teſtamento *apoſtoli ſeptẽ diaconos* ꝓpter ſacramentũ eiuſdem numeri *ordinauerunt ad miniſterium ſacrum*, & officiũ a taris, qui legũtur etiã & prędicaſſe, & baptizaſſe non paucos: ſicut ſanctus Stephanus diſputauit contra Iudeos. Et Philippus baptizato Eunucho euangelizauit ciuitatibus cunctis, donec veniret Cæſareã: & in Samaria prædicabat, & baptizabat eos, qui ab Apoſtolis Petro & Iohanne poſtmodùm confirmabantur.

Maximus anno 950.

In ſcoliis ſupra libros Dionyſii Areo. Creatur *Dionyſius à beato Paulo Epiſcopus eorũ*, qui Athenis crediderãt.

Georgius Pachymeres.

Fas neutiquã eſſe cenſemus *presbyterum*.

byterum,etiam ſi illum contingat à rectitudine deflectere,ab ipſo ſuo *diacono*,qui te alioqui ſuperior eſt,in diſquiſitionem vocari,ſiue etiam ab alio quouis monaſticen profeſſo. Ordo enim eſt,qui vniuerſa cohæreſcere facit & continet.Quanto magis ſanè addecet *ordinem aſſeruari in noſtris nimirum ſacris?* Quod ſi in his permiſcetur ordo,reliquum ſit,vt in ſeipſum Deus diuiſus credatur Porrò omne regnum,quodcunq; id tandem fuerit,ſi diuidatur,iam non ſtabit. Et ſi Dei eſt iudicium,angeli autem Dei *ſacerdotes itidem* ſunt ſecundum ſuos pontifices. Tu verò ne ipſorum quidem miniſtris videre componendus, nimirum diaconis, vt qui iſtis gradu ſis inferior. Quare *ab ipſis inſtruitur ſacerdotibus*, quorum officio promeruiſti,monachus vt eſſes. Can.22. ex numero 27.Canonum qui extant.

Synodus VIII. Oecumenica anno 867.

Promotiones ac conſecrationes epiſco

porum, concordans prioribus conciliijs, electione ac decreto *epiſcoporum collegij fieri* ſancta hæc & vniuerſalis Synodus definit, & ſtatuit, ac iure promulgat, *neminem laicorum, principum, vel potentum, ſemet inſerere electioni vel promotioni patriarchæ, vel metropolitæ, aut cuiuslibet Epiſcopi*, ne videlicet inordinata hinc & incongrua fiat confuſio, vel cõtentio, præſertim cùm nullam in talibus poteſtatem quenquam poteſtatiuorum (τινὰ τῶν ἀρχοντικῶν) vel cæterorũ laicorum habere conueniat. ſed potius ſilere & attẽdere ſibi, vſquequò regulariter à collegio Eccleſiæ ſuſcipiat finem *electio futura pontificis*. Si verò quis *laicorum ad* concertandum (εἰς τὸ συμμάχεσθαι) ab Eccleſia inuitetur, fiat hoc cum reuerentia, ſi fortè voluerit obtemperare aſciſcentibus: taliter enim ſibi dignum paſtorem regulariter ad Eccleſiæ ſuæ ſalutem promoueant. Quiſquis autem

ſecu-

ſecularium principum, & potentiū, vel alterius dignitatis laicus aduerſus communem *& conſonantem, atq; canonicam electionem eccleſiaſtici ordinis agere tentauerit, anathema ſit*, donec obediat, & conſentiat, quod Eccleſia de ordinatione & electione proprij præſulis ſe velle monſtrauerit.

Baſilius Imperator anno 867.

Vobis (inquit) laici, tam qui in dignitatibus, quàm qui abſolutè (hoc eſt, absq; dignitatibus) verſamini, nullo modò licet *de eccleſiaſticis cauſis ſermonem mouere*, neque penitùs reſiſtere integritati Eccleſiæ, et vniuerſali Synodo aduerſari. Hæc enim inueſtigare & quærere, *Patriarcharum, Pontificum & ſacerdotum eſt*, *qui regiminis officium ſortiti ſunt, qui ſanctificandi, qui ſoluendi & ligandi poteſtatem habent, qui Eccleſiſticas & cœleſtes adepti ſunt claues: non noſtrum, qui paſci debemus*, qui ſanctificari, qui

In oratione habita in octaua Synodo.

Sacerdotū officia.

 ligari,

ligari, vel à ligamēto ſolui egemus. Quantæcunq; enim religionis & ſapiētiæ *laicus* exiſtat, vel etiamſi vniuerſa virtute interiùs polleat, *donec laicus eſt, ouis vocari non deſinet*. Rurſus, Epiſcopus quantacunque ſit irreuerentia plenus & nudus omni virtute, donec *Antiſtes eſt*, & veritatis verbum rectè prædicauerit, *Paſtoris vocationis* & dignitatis damna non patietur. Quæ ergo nobis ratio eſt in ordine ouium conſtitutis? Paſtores verborum ſubtilitatem diſcutiendi, & ea quæ ſuper nos ſunt, quærendi & abiendi habent. Oportet nos ergò cum timore & fide ſyncera *hos audire, & facies eorum vereri*, (quum ſint miniſtri Domini omnipotentis, & huius formam poſsideant) & nihil ampliùs, quàm ea quæ ordinis noſtri ſunt, requirere.

Laicus eſt ouis.

Ionas Epiſcopus Aurelianenſis, vixit anno 880.

Lib. 3. in Claudium Epiſcop. Taurinenſem.

Certè vt ad Apoſtolos veniamus noui-

nouimus eos, quàm diu Hieroſolymitanum templum ſtetit, crebrò illuc eos orandi gratia conueniſſe. Vnde & in actibus Apoſtolorum legũtur omni die in templo & circa domos docuiſſe, & in panis fractione *myſteria corporis Domini celebraſſe, & populis ſumenda tradidiſſe.* Apoſtoli myſteria celebrarũt.

Concilium Triburienſe anno 895.

Sacerdotes non ſunt lacerandi, ſed potius coronandi Quia de his Eccleſiaſticus liber loquitur dicens: In tota anima tua time Dominum, *& ſacerdotes illius* ſanctifica, & miniſtros eius non derelinquas, *& honorifica ſacerdotem.* Cap. 4.

Antiochus.

Pontificia dignitas, iuxta veterum traditionẽ prærogatiua ordinis, ambit & *cõplectitur ſacrarũ rerũ functionem omnẽ, cũ praeminẽtia ordinis*, qua omnibus prępollet, habeat cęteros, qui ad Dei cultũ intermedij ſunt, *cõſecrare, & primarias illas*, quæ ab Hom. 122.

ipſo Deo cœlitùs inſpirantur, viſiones interpretari.

IDEM.

Hom. 123. Rationi prorſus conſentaneum, *ſuum vt ſacerdotes imitentur per omnia pontificem*: quemadmodũ Chriſti imitator Pontifex eſt. Hoc tenore vitæ *diaconi* etiamnum conuerſentur. In conſpectu iuſtitiæ Domini ingrediantur ſine querela tanquam Deo & Chriſto miniſtrantes, non item hominibus.

IDEM.

Ibidem. *Diaconi in* conſpectu iuſtitiæ domini ingrediantur ſine querela, tanquam Deo & Chriſto miniſtrantes, non item hominibus. Sedulò & accuratè adminiſtrent illam, vt defugiant propheticam imprecationẽ, ne illi per oſcitantiam ſe reddãt obnoxios, neue priores honoris partes præcerpant & occupent, prætextu tuendi cultus diuini, ſed omnia iuxta Apoſtolum honeſtè & ſecundum ordinem

ordinem fiant. Quid enim indecori faciebat Ozias, Deo dum adoleret incenſum? Quid autem Saul, victimas dum offert? Quid porrò Tyrannici illi Dæmones, Dominum verè eſſe Deum dum profitentur? Sed horum Theologia exploſa eſt. *Vnusquisq; autem in ordine perſtet ſuæ functionis.* Ait enim lex: *Solus pontifex in ſancta ſanctorũ intrabit ſemel in anno. Idq; in omni hierarchica purificatione, & ſacerdotes cooperiant ſancta.* Et Leuitæ ne tangant ſancta ipſa, vt non moriantur. Et iratus eſt furore Dominus ſuper temeritate Oziæ. Sed & Maria percuſſa eſt Lepra, quum temerè molita eſſet legem ſancire legislatori. In filios Sceuæ inſiluit Dæmoniacus. *Et non mittebam eos, & ipſi currebant: non loquebar ad eos,* & ipſi prophetabant. Et, Impius qui immolat vitulum, quaſi qui occidit canẽ. Atq; vt compendio perſtringam, exactiſsima Dei iuſtitia non ſuſtinet

 quic-

quicquam fieri præter ordinis decorum. Non itaque fas eſſe aſtruunt ſacra eloquia, *vt quis quamlibet iuſta adminiſtret, niſi pro dignitate ac ſeruato decoro.*

S. Adalberti II. Pragenſis Epiſcopi, & martyris electio, & in Epiſcopum *ordinatio circa annum 905.*

In vita eius.

Conueniunt dux terræ & maior populus, & pro eligendo paſtore varias ſententias dicunt: omnes tamen ad vltimum manus leuant, aëra clamoribus implent, non haberi meliorem, nec alium oportere *eſſe ſuum epiſcopum, quàm indigenam Adalbertũ,* cuius nobilitas, diuitiæ, alta ſcientia & placabiles mores, cum tanto honore concordarent. Ergo in hæc verba leuatur terræ Epiſcopus, mutata mente, pius Adalbertus.

PAVLO POST.

Populus nominat, Epiſcopus ordinat.

Ergò *archimandrita Moguntinus,* grauis homo Vuilligiſus Adalberto, cui Deus interiori gratia benedixit, *venera-*

venerabile caput oleo vnxit, & in prę-ſentia Imperatoris *ad ſacerdotij altitudinem prouexit.*

S. Theodorus. Opinantur quidam vixiſſe illum circa annum 920.

Licèt *malus ſit Sacerdos, tamē conficit corpus & ſanguinem Chriſti, vt bonus*: quia quæ ſancta ſunt non poſſũt pollui. Et licèt Sacramenta obſint indignè tractantibus, proſunt tamē per eos dignè ſumentibus.

In foro pęnitentiali Rubrica 41.

Stephanus Epiſcopus Heduenſis anno 950.

Quôd *Sacerdos orat oblationem panis & vini fieri corpus Domini & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti*: primô factũ eſt cænãtibus Diſcipulis in his verbis à Chriſto prolatis: Hoc eſt corpus meũ, Hic eſt calix ſanguinis mei. Sed priuſquã Sacerdos hæc verba proferat, quod ſequitur pręcedentibus continuat, dicens: Qui pridie, quã pateretur, accepit panē in ſanctas ac venerabiles manus ſuas &c. Dum hæc

Lib. de Sacramento altaris.

hęc verba profert, ſumit panem de altari, & eleuatum facto ſignaculo crucis, benedicit, & poſtea pretaxatis verbis Domini recitatis, ſuper corporale deponit.

De S. Vdalrico Epiſcopo Auguſtano hiſtoria, anno 973.

Berno Abbas Augienſis, in eius vita.

In ipſa ſolenni Die ſanctę Paſchę, multa fratrum caterua adſtante, dũ ſanctus ſacerdos (Vdalricus) *diuina celebraret myſteria*, dextera quædam apparuit ſuperna, quæ cum ipſius *dextera diuina ſanctificauit ſacramẽta.* Expletis verò Miſſarum ſolennijs, quidam Henricus presbyter, qui eo die Cantoris officium agens, tanto interfuit miraculo, ſequens Epiſcopum vſque in cubiculum, ad pedes eius cecidit, atque in præſentia popularium perſonarũ eandem viſionem minùs cautè explanauit.

Simeon Archiepiſcopus Theſſalonicenſis.

Lib. 4. de myſteriis Eccleſiæ.

Sine *Epiſcopo, nec altare, nec ordinatio,*

tio.neq; Chriſma,neq; baptiſmus, deni-que neque Chriſtianus conſiſtit. Per eũ enim eſt vera Chriſtianitas, & omnia Chriſti myſteria per ipſum. Meritò itaque vnguntur, qui ordinantur viſibiliter, quia nihil materiale operantur, ſed omnia ſpiritualia: & quia verò Chriſmati appropinquauerunt, quod eſt Ieſus Chriſtus, cuius nomen vnguentũ effuſum. Deinde ſubiungit.
ἐκ τῶν θείων οὖν ἐκείνων χειρῶν, καὶ τοῦ σόματος λαβόντες τὴν εὐλογίαν, καὶ ἐμπνευσιν, καὶ τὴν χειροτονίαν, καὶ χάριν διὰ τῶν ἐξ ἐκείνου ἁγιασθέντων κατὰ διαδοχὴν τὴν χάριν δι. ἱερωμένοι λαμβάνομεν, καὶ πηγὴ ἡμῶν τῆς χάριτος ὁ χριστὸς, ὅς δὴ καὶ ἐνεργεῖ τὰ πάντα ἐν πᾶσιν. Ex illis igitur, inquit, *diuinis manibus & ore accepta benedictione, & adſpiratione, & ordinatione, ac gratia per ea, quæ* ab illo ſanctificata ſunt, *ſecundum ſucceſsionem* gratiam, qui conſecrati ſumus accipimus, atque fons gratiæ noſtræ

Secundum ſucceſsionem gratia accipitur.

noſtræ Chriſtus eſt, qui operatur omnia in omnibus.

IDEM.

Lib. 8. de myſt. Eccl.

Verùm hæc non tam ab Imperatoribus facta ſunt, quàm ab aſſentatoribus, qui verbis hominum illis perſuaſerunt maiora, quàm pro facultate, facere, ita vt *Epiſcopos promoueret*, & translationes eorũ facerent. Proh Deum, *ordinatum ab Spiritu ſancto huius Eccleſiæ paſtorem*, alterius eccleſiæ paſtorem ab ijs conſtitui, qui *ſacerdotij facultatem & operationem nõ habent*, & præter voluntatem Spiritus ſancti? Si opus eſt ad ædificationem conſtituere eum in maiore Eccleſia, ab Spiritu ſancto, *à quo ordinatus eſt*, eſt hoc faciendum, non *autem à ſeculari poteſtate*. Immò abbates monachorũ, qui Deo dedicati ſunt, & qui animarum curæ per Dei gratiam ſunt prępoſiti, plerique ſic ſunt præter voluntatem Spiritus ſancti, & ſoluunt & ligant hoc ab ijs obtinentes,

Nota hæc hęretice cõtra laicas & prophanas vocationes veſtras.

nentes, *qui facultatem chariſmatis nõ acceperunt: & ordinantur, & multis præſunt, nihil penitus curantes eos, qui habent chariſma*. Hinc multæ ruinæ noſtræ: hinc imminuti, & ad pauciores, quàm omnes gentes, redacti: & propter eorum violentiam, qui poteſtatem in ijs habere, & ea tractare ſtudent, quæ eis non congruunt, alieni nobis imperant: & quia faciũt, quæ Deo diſplicent, noſtri & Dei inimici nobis, vt par eſt, inſultant, & dum ſacra vindicamus, communicamusq; ea nobiſcum, putantes lucrũ *facere ex conſecratis Deo*: factum eſt, vt propria amiſerimus, & depaſcunt noſtra, in noſtroq; conſpectu aduerſarij noſtra comedunt. Sed vtinam remedium aliquod hæc calamitas tandẽ accipiat, & *cedant Cæſari, quæ Cæſaris ſunt, & quæ Dei, Deo*. Vt omnia ſint digna gratia Dei, res ſacra conſtituta, ac ſecularis aucta: ac non potiùs cõtrà, alterũ ab altero intereat. Incommoda dcordinationis.

IDEM

IDEM.

Ibidem. Nugantur qui hoc dicunt, nouatores, & inuidia iactati. Non enim *Imperator*, ſed Synodus eum facit, ſolo Imperatore pio miniſtrante: idq; non ſolùm, quia eſt vindex ac defenſor, & ex Eccleſia vnctus: ſed etiam vt adiuuet, & ſubſeruiat, atque amplectatur, firmaq; conſeruet, quæ fiant in Eccleſia: quippe cùm opus ſit ad pacem Eccleſiæ tuendam, vt ipſe quoque Imperator in fide recta conſeruetur.

Imperatoris officiũ.

PAVLO POST.

Non facit Patriarcham Imperator, quin potius conſentit & ſubſequitur quod efficitur. Nihil autem Imperatorem ei dare, ſed magis accipere, & tanquam adminiſtrum eſſe eorũ, quæ in Eccleſia fiunt, amplectitur & firmat, quia tunc fit hoc, cùm is, qui electus eſt Patriarcha, nemine iam indiget, *vt ordinetur Epiſcopus, quippe cùm iam ſit ordinatus*. Deniq; non

non hoc fit, quòd Imperator pręſit, ſed quòd Eccleſiam honoret.

Petrus Damiani Epiſcopus Hoſtienſis vixit anno 1050.

Qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur, &c. Cur ô *ſacerdos, qui ſacrum dare, hoc eſt, ſacrificiū Deo debes offerre,* temetipſum priùs maligno ſpiritui non vereris victimam immolare? Fornicans enim à membris Chriſti abſcinderis, & corpus meretricis efficieris, Apoſtolo teſtante, qui ait: Qui adhæret meretrici, vnum efficitur. Quid tibi cum corpore Chriſti, qui per carnis illecebroſæ luxuriam membrum factus es Antichriſti? Quæ enim conuentio lucis ad tenebras? Si igitur Redemptor noſter tantoperè dilexit floridi pudoris integritatem, vt non modò de virgineo vtero naſceretur: ſed etiam à nutritio virgine tractaretur, & hoc cùm adhuc vagiret in cunis, *à quibus nunc obſecro, tractari vult corpus*

In dictum Apoſt. Qui adhæret meretrici vnum corpus, & cęte.

pus ſuum, cùm iam immenſus regnat in cœlis? Si mundis attingi manibus volebat in præſepio poſitus, quantâ corpori ſuo nunc adeſſe munditiâ iam in paternæ maieſtatis gloria ſublimatus.

Adelmannus Epiſcopus Brixinenſis vixit anno 1053.

Epiſt. ad Berengariũ.

Quicunque baptizat in nomine Patris, & filij, & Spiritus ſancti, dignus an indignus, ſanctus aut peccator, catholicus aut hæreticus, nihil intereſt: quoniam *miniſterium illorũ tãtummodo eſt*, nec ab eis, ſed per eos (ſi rectè loqui volumus) baptizatur. *Chriſtus igitur per manum & os ſacerdotis corpus & ſanguinem ſuum creat.* An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus? Dicebat hoc quidem Apoſtolus, non arrogãter ſe efferendo: ſed veraciter docendo Chriſtum in miniſtris ſuis & loqui, quod ipſi loqui audiuntur: & operari, quæ ipſi facere videntur: *pro-*

pter

pter quod Sacerdos eſt in æternum, quia ipſe eſt qui baptizat, & qui immolat.

Gregorius VII vixit anno 1073.

Peruenit ad aures noſtras, quòd Africa, quę pars mũdi eſſe dicitur, ad tantũ periculũ deuenit, *vt in ordinando epiſcopo, tres non habeant epiſcopos.* Qua in re maximũ Chriſtianę religionis periculũ cõſiderantes, & maximo agro, paucis operarijs deſudantibus, corde tenus cõpatientes, conſulimus vobis, videlicet tibi & illi, cui nuper manũ impoſuimus, vt aliquam perſonã ſecundũ conſtitutionem ſanctorũ patrum eligatis, & nobis eam veſtris literis fultã mittatis, *quatenus ipſo Deo cooperãte, à nobis ordinato vobisq́; remiſſo, neceßitati eccleſiarũ*, vt ſancti Canones pręcipiũt, *epiſcoporũ ordinationibus* ſuccurrere valeatis: & vt Chriſtiana gens quotidie gaudeat, atq; ꝓficiat *Paſtorali regimine*, & labor, qui ſupra vires vos opprimit, leuior ex ſociorũ neceſſaria adminiſtratione fiat. Oecu-

Ad Cyriacum Cartharchiepiſcopum ſcribens.

Epiſcoporum ordinatio.

Oecumenius vix. putat. circa annum 1086.

In Epiſt. ad Hebreos, ca. 5. Significat ſermo, quòd licèt Chriſtus non obtulerit carentem ſanguine hoſtiam, (ſiquidem ſuum ipſius corpus obtulit) attamen qui *ab ipſo fungentur ſacerdotio,* quorum Deus pontifex eſſe dignatus eſt, ſine ſanguine offerrent: nam hoc ſignificat *in æternum.* Neque enim de ea, quæ ſemel à Deo facta eſt oblatio & hoſtia, dixiſſet in æternum: *ſed reſpiciens ad præſentes ſacrificos,* per quos medios Chriſtus ſacrificat & ſacrificatur: qui etiam in myſtica cœna modum illis tradidit huiuſmodi ſacrificij. (Singulis annis.) Quid ergo? ånne nos ſemper offerimus hoſtias ſanguine carentes? Sed vnius eiuſdemq; mortis Chriſti memoriã facimus, *& vnum Chriſti corpus ſemper edimus.* Non enim nunc quidem vnius Chriſti, aliâs verò alterius, ſed ſemper eiuſdem.

Chriſtus quomodo Sacerdos in æternũ.

IDEM.

IDEM.

Vt milites iuxta eas, quæ de te præceſſerũt prophetias, hoc eſt, vt aptè milites reſpondens prophetijs, quæ de te fuerunt. Nam iuxta Spiritus reuelationẽ et *electus à Paulo in diſcipulum*, & circumciſus eſt, *& epiſcopus ordinatus eſt*. Supra dictũ D. Pauli.

IDEM.

Noli negligere gratiam, hoc eſt, doctrinam, aut *Epiſcopi* munus. Nam gratiæ Dei erat, quòd iuuenis *me ruiſſet paſtor fieri*. Quæ data eſt tibi per prophetiam: iuſſu namq; Spiritus ſancti facti *ſunt epiſcopi*, & non paſsim. Eſt autem prophetiæ genus, præſentia quoque dicere: vt cum dicitur: Segregate mihi Barnabam & Saulum. Cùm impoſitione manuũ authoritate presbyterij: *Presbyterium dicit epiſcopos. Neque enim presbyteri Epiſcopum ordinabant*.

Paſchalis Papa. II anno 1089. In Epiſt. ad Anſelmũ

Si virgam paſtoralitatis ſignum,

Cantuariē-ſem Epiſ. quæ inter Anſelmi Epiſt.12. eſt

Mala illegitimæ ordinationis.

ſi annulum ſignaculum fidei tradit laica manus: *quid in Eccleſia pontifices agunt?* Eccleſiæ honor atteritur, ſoluitur diſciplinæ vigor, & omnis religio Chriſtiana cōculcatur, ſi (*quod nouimus ſacerdotibus ſolis deberi*) laica patiamur temeritate præſumi. Non eſt *laicornm, Eccleſiam tradere, nec filiorum, matrem adulterio maculare.* Iure ergo priuandus eſt patrimonio, qui matrem polluit adulterio. Nec meretur Eccleſiaſticæ benedictionis conſortium, qui eam impia infeſtatione inſequitur.

S. Anſelmus Archiepiſcopus Cantuarienſis vixit anno 1096

Ad caput 3. 1. Epiſt. ad Timo.

Et hi prohibẽtur primùm. Hîc innuitur (inquit,) quia & *Epiſcopi ſunt probandi,* primùm probentur, & ſi ſic id eſt, tales inuenti fuerint, quales deſcripſimus. *miniſtrent ſacris altaribus.*

Ad cap. 5. Epiſt. ad Hebræos.

IDEM.

Omnia quæ nunc de pontifice veteris

teris teſtamenti dicuntur, obſeruanda ſunt in electione *pontificum Eccleſiæ*, & in eorum moribus & actionibus, licèt alia *ſint ſacrificia*, quæ offeruntur à noſtris.

Petrus Cluniacenſis anno 1124.

Reſpõdet vobis, ô hoſtes Dei, eccleſia Dei, *ſe neq; abſq; ſacrificio eſſe*, nec illo ſuo ſacrificio aliquid aliud, quàm corpus & ſanguinem ſui redemptoris offerre. Cur ſacrificia Chriſtiana vobis Chriſtianis (ſi tamẽ hoc eſtis) non placent, cùm ligno ſacrificiorũ ſemper ſuos Deus ab alienis diſcreuerit? In omni loco (Malachiæ 1) offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum nomẽ meũ in gentibus, dicit Dominus. Nõnne videtis, ſicut legem, ſic ſacrificia, ſic cultum omnem diuinum à Iudæis *ablatum, & ad gentes translatum?* Et ſi non eodem ritu celebrentur apud nos ſacra, ſi non eodem ordine conſtant ſacerdotia: ſunt tamen

Contra Henricianos.

Sacerdotiũ noui teſtamenti.

cerdotia. *Si* non de eiſdem rebus fiunt ſacrificia: ſunt tamē ſacrificia, quia alio quidem modo, ſed non alij Deo ſacra celebrantur, *ſacerdotia ordinantur*, ſacrificia exhibentur. Ceſſit pluralitas Iudaicarum victimarū vnitati victimæ Chriſtianæ. Solus Agnus, qui tollit peccata mundi, altari ſuperponitur Chriſtianorum. Quod ſemel Chriſtus obtulit, hoc ſemper Eccleſiæ ſuæ offerendū reliquit.

Herueus Britannus creditur vixiſſe anno 1118.

In Epiſt. ad Corinth. *Vos ſacerdotes hoc facite, id eſt, ex* pane corpus meum per myſtica verba *conſecrate*, in memoriam paſſionis meæ, vt recogitetis eam dum ſacrificium iſtud obtuleritis. Similiter vt acceperat panem, & fecerat ex eo viuum & verum corpus ſuum (accepit & calicem) & fecit ex vino ſanguinem ſuum. Nec mirum, quod de pane & vino carnem & ſanguinem

ſuum

ſuum fecit. Nam & in quolibet homine carnem & ſanguinem de pane & vino facit, quia panis comeſtus mutatur in carnem, & vinum potatum vertitur in ſanguinem per creatoris operationem. Aut certè *vos, qui eſtis Sacerdotes, hoc facite*, quod ego nunc feci, id eſt, calicem vini conſecrate, vt fiat ſanguis meus.

IDEM.

Manet ſacerdos in perpetuum. Sacerdotium (inquit) Chriſti & Eccleſię *eſt æternum*, (Et poſt) Nam Melchiſedech panem & vinum obtulit Deo pro Abraham, & quotidie panem *&* vinum *Deo ſacerdotes offerunt pro ſalute fidelium*, atque panis ipſe & vinum fiunt corpus & ſanguis Chriſti, ac permanent in æternum, ita vt vitam æternam dignè accipiẽtibus conferant. Propter iſta rectè dicitur Melchiſedech manere ſacerdos in perpetuum, quia nullus alius ritus inſtituetur, per quem eius oblatio In cap. 7. ad Hebræos.

 mu-

mutetur, & quia Chriſtũ deſignat perpetualiter interpellantẽ ꝓ nobis.

Norbertus Archiepiſcopus Magdeburgẽſis, quomodo ordinatus, circa annũ 1128.

In vita eius.

Cumq; diu optatum iam tempus adeſſet, & *ſacri ordines* forent ex more in Eccleſia celebrandi: vir Dei pia exultatione repletus, feſtinanter, & cum omni deuotione adijt dominũ Fridericum *Archiepiſcopum Colonienſem, petens ſe prima vice inter cæteros ordinari.* Quo audito, Archiepiſcopus non mediocriter admirans, hominem per ſe petere, quod ab alijs ſępè recucaſſet oblatum: libenter tamen & læta reſponſione annuit ſe facturum, quod quærebat. Mox ille ſubiunxit: *Diaconus ſimul & presbyter volo fieri.* Ad hæc Archiepiſcopus vehementer ſtupens & pauens, quæſiuit quænam eſſet huiuſcemodi tam ſubitaneæ atque inopinatæ voluntatis cauſa. Ille ait: Sic eſt in animo meo, nec poteris ſcire modò, ſcies autem

autem poſteà. Cumq; Archidiaconus cauſam ſcire volens, vehementer ex aduerſo inſiſteret, cogitans apud ſe vir Dei, quòd per omnem modum honeſta & congrua eſſet perſona, cui poſsit & debeat ſecretorum ſuorum conſcientiam aperire: procidens ad pedes eius cum lachrymis & gemitu, peccatorum ſuorum veniam petens & accipiens, confeſſus eſt firmum & indeclinabile ſuæ voluntatis propoſitũ. Vidẽs autem Archiepiſcopus hominem apud ſe, quod petebat, firmiter deliberaſſe, ac metuens gratam ſibi familiaris ſui amicitiam violare, conſiderás quoque bonum, quod poſſet de tam laudabili viro facilimè prouenire, atq; intelligens quòd non ſine inſtinctu diuino talia contingerent, quamuis non liceret hos duos ſupremos ordines à quoquam ſimul recipi aut dari: admiſſa tamen pro tempore & cauſa diſpenſatione, tandem

aliquãdo annuit. Facta itaq; hora celebrandi officij, & ſingulis, *qui ordinandi erãt, ſacru & albis veſtibus iuxta conſuetudinem eccleſiaſticam indutis, locisq; diſpoſitis, affuit & Nortbertus* in medio circumfluentium populorum. Spectantibus ergo cunctis & expectantibus, cùm ei cuſtos ſacrarij veſtes offerret benedictas, quas vt cæteri, ad ordines ſuſcipiendos indueret: ille in cuius pectore Spiritus ſanctus iam inchoauerat templum ſuum, conuertit manum ad vnum de famulis ſuis, qui erat ibidẽ iuxta eum, & innuit ſibi præſentari veſtẽ pelliceam agninam, quam ad huiuſmodi opus de induſtria iuſſerat pręparari. Qua accepta, & illis intuentibus exuit varium & multiplicẽ diabolum, indumentum ſcilicet miræ æſtimationis & magni precij. & videntibus vniuerſis, induit vniformẽ Chriſtum & ſimplicẽ, veſtem videlicet hominibus huius ſeculi, & maximè

ximè illius regionis apud nobiles prorſus inſolitam, viliſsimi precij, et nullius ferè momenti. Tunc conuertit aliam manũ ad ſacrarij cuſtodẽ, & induit oblatas ſibi veſtes, *quibus in accipiendis ſacris ordinibus vteretur. Acceptis ergo ſacris ordinibus*, cõuertit continuò pedem: & contulit ſe ad Sigebergenſe quoddam magnæ, & præclaræ famæ Monaſterium.

Rupertus Abbas Tuitienſis, vixit anno 1130.

Poſteaquam duodecim Apoſtoli per vniuerſum mundum diſperſi, ſingulis ciuitatibus præſiderunt, tã ipſi, quàm ſucceſſores eorum miſere per contiguas ſuis ſedibus prouincias prędicatores, *quos & epiſcopos ordinauerũt*, vt vbi recepti fuiſſent, omnia Chriſtianitatis ſacramẽta, velut ipſi Apoſtoli peragerent, vt per vrbes comprouinciales epiſcopos ordinarent. Et aliorum quidem *Apoſtolorum ſucceſſores patriarchæ* dicti ſunt: Cap. 27. li. 1. de diuinis officiis.

Petri autem ſucceſſor pro excellentia principis Apoſtolorum, apoſtolicus nominatur. Qui autem ab eis per prouincias miſsi ſunt, tam ipſi, quâm ſucceſſores eorũ *Archiepiſcopi vocantur*. Et qui ab his per vrbes cõprouinciales ordinati ſunt, & qui illis ſucceſſerunt, vſque hodie ſimpliciter *Epiſcopi nominantur*. Conſtat itaque omnium horum ſanctorum doctorum teſtimonijs, *epiſcopos ſummum ac primum tenere locum*, ſicut & ordinem in Eccleſia, ipſisq; ſubeſſe presbyteros, reliquosq; inferiorum ordinum: quapropter dum Miſſarũ ſolennia veniunt celebranda, epiſcopis cedere debent.

Petrus Lombardus Epiſcopus Pariſienſis anno 1137.

Diſtinctio. 24. De ordinib. Eccleſi. Clemẽs Papa Diſt. 23. C. Tales.

In ſacramento ergo ſeptiformis Spiritus *ſeptem ſunt gradus eccleſiaſtici, ſcilicet, Oſtiarij, Lectores, Exorciſtæ, Acolyti, Diaconi, Subdiaconi, Sacerdotes: oẽs tamẽ Clerici vocãtur*, id eſt, ſortiti.

IDEM.

IDEM.

Ad *Presbyterum autem pertinet Sacramentum corporis & ſanguinis Domini in altare Dei* conficere, orationes dicere, & dona Dei benedicere: qui cùm ordinantur, inunguntur eis manus, vt intelligant ſe accepiſſe gratiã conſecrandi, & charitatis opera debere extendere ad omnes. Ibidem de presbyteris.

IDEM.

Si autem quæritur. Quid ſit quod hic vocatur ordo? ſanè dici poteſt ſignaculum eſſe, id eſt, ſacrum quoddam, quod *Spiritualis poteſtas traditur ordinato*, & officium. Eodem in loco.

Hugo de S. Victore vixit anno 1140.

Non ego *ſacerdotes Deos* facio, ſed ſermo diuinus, qui mentiri non poteſt. Dijs, inquit, non detrahes, & principi populi tui non maledices, Iſti verô contra legis præceptum dijs detrahunt, *quia poteſtatem diuinitùs collatam ſacerdotibus auferre volũt.* 2. de sac. par. 14. ca. 8 Sic faciunt luterani & reliquus ſqualidus cœtus.

PAVLO POST.

Neq; verò ego ſacerdotibus poteſtatem dimittendi peccata tribui: Ille hominibus poteſtatem diuinam tribuit, qui de hominibus deos fecit. Sed tamen ipſe ſicut ex ſemetipſo Deus eſt, ita etiam per ſemetipſum quando vult, ſine humana cooperatione peccata dimittere poteſt. Hi verò, qui ex ſemetipſis dij non ſunt, niſi eo, à quo ſunt, hoc quod ſunt, *in eis & per eos operante, & eis cooperante,* peccata dimittere non poſſunt.

Eueruuinus præpoſitus Stenueldenſis, vixit anno 1142.

Epiſt. ad S. Bernhardum.

Quemlibet inter eos hæreticos baptizatum, electum dicunt, & habere poteſtaté alios, qui digni fuerint baptizandi, *& in menſa ſua corpus Chriſti & ſanguinem conſecrandi.* Nuptias damnant, ſed cauſam ab eis inueſtigare non potui, vel quia eam fateri non audent, vel potiùs, quia eá adhuc ignorabant. Sunt item alij

quidam

quidam hæretici in terra noſtra, omnino ab iſtis diſcordantes: per quorum mutuam diſcordiam vtriq; nobis ſunt detecti. Iſti negant in altari fieri corpus Chriſti, eò *quòd omnes ſacerdotes Eccleſiæ non ſunt conſecrati.*

Nicephorus anno 1143.

Acephali autē ob eam cauſam dicti ſunt, quòd ſub *epiſcopis nō fuerint.* Proinde neque Baptiſmus abhinc iuxta ſolnnnem & receptū eccleſiæ morem ab *eorum epiſcopis & ſacerdotibus apud eos adminiſtratus*, neq; oblatio, aut res aliqua diuina facta, miniſteriūmue eccleſiaſticum defunctis (ſicuti mos eſt) celebratū eſt. Communionem verò illi à plurimo tempore aſſeruatā habētes, ferijs Paſchalibus in minutiſsimas partes inciſam, conuenientibus ad ſe hominibus dederunt. Eccl. Hiſt. lib. 18. cap. 45. Sic hæretici ſunt acephali.

S. Bernhardus Abbas Clareuallenſis vixit anno 1147.

Duæ ſunt tribus, Leui & Iudæ, ex qui- In ſententiis.

quibus ſacerdotes ſumuntur: *Aaron, & Chriſtus, & eorum ſucceſſio*: Quod qualiter conueniat, ex nominum interpretatione poterit coniectari.

IDEM.

Ibidem.

Quadripartitum eſt *officium ſacerdotale*: viuam carnis *hoſtiam immolare*, quod leuiticum eſt: virtutum chariſmata Deo offerre, quod eſt incendere aromata, & filiorum Aaron eſt: cum feruore martyrij cœlum intrare, quod eſt introire cum ſanguine in ſancta ſanctorum, gratiæ & precũ vota cœlo transfundere, quod eſt panem & vinum Deo offerre.

De conſideratione ad Eugenium lib. 2.

IDEM *ad Eugenium Papam.*

Tu es cui *claues tradita, cui oues credita ſunt*. Sunt quidem & alij cœli ianitores & gregum paſtores: ſed tu tantò glorioſius, quantò & differentiùs vtrumq; præ cæteris nomen hæreditaſti Habet illi ſibi *adſignatos greges* ſinguli ſingulos: tibi vniuerſi crediti, vni vnus. Nec modo ouium,

Paſtor & oues.

ſed

ſed & paſtorũ tu vnus omniũ paſtor.

Rupertus Epiſcopus Lincolnienſis vixit anno 1150

Venit (*Antiſtes*) ad ſymbolicam ipſarum diuinarum ſacrificationum operationem, id eſt, *ad ſacrificationem panis & calicis*, ipſos benedicens, & in Chriſti corpus conuertẽs & ſanguinem. Et hoc Deo tradente, id eſt, ſicut Deus tradidit & fieri pręcepit. Ipſa autem ſacrificatio panis & calicis, ſymbolum eſt diuiniſsimarum operationum, quas fecit Dominus in cœna, corpus ſuum & ſanguinem ex pane & calice conficiens. Et quia ad tantum ſacrificium ſacrificandum & offerendum humana infirmitas ſe ſentit minorem & indignam, conuenienter poſt diuinarum operationum laudes, antequã *ſacrificet Hierarcha*, ſuam excuſat audaciam per diuinam pręceptionem, velut ipſum adhoc compellentem: hoc itaque inſinuans, quia non

In commentariis in Eccl. Hierarchiam B. Dionyſ.

Sacerdotes ſacrificãt.

non ex propria præſumptione, ſed ex Dei traditione venerit ad ſymbolicam ſacrificationem. Excuſat ſe Hierarcha pro ea ſacrificatione quæ ſuper ipſum eſt. Operatio enim quã quis facit, ſuper ipſum operanté eſſe, dici poteſt. Excuſat (inquam) priùs ſacra clamans, ad ipſum Chriſtum videlicet: ô tu Chriſte dixiſti: Hoc facite in meam commemorationem.

Balduinus Archiepiſcopus Cantuarienſis vixit anno 1170.

Sermone de diuiſsimo Sacramento altaris.

Ante peractam conſecrationem manet vera ſubſtantia panis, ſed dũ *conſecrationem peragit Sacerdos, benedictio ita mutat panem virtute, & occul*ta ineffabili potentia verbi, vt deſinat in veram carnẽ corporis Chriſti.

Philo Epiſcopus Carpathius putatur vixiſſe circa annum 1186.

In cantica canticorũ.

Vmbilicus tuus crater tornatilis nun-

nunquam carens mixto vel temperamento Vmbilico ſponſi *ſacerdotiũ ipſius eccleſiæ* nunquam carens mixto comparat. Cûm enim dicit, Nunquã carens temperamento vel mixto, manifeſtum eſt *de Sacerdotali dignitate* intelligi, quæ quidem in tam diuino & tam ſalutari ſacrificio & tam ineffabili Sacramento, nunquã caret vero corpore & ſanguine Ieſu Chriſti, cui populus per fidem charitatemq; miſcetur, id quod per aquã illam, quam ſacerdos vino miſcet in calice, apertiſsimè docetur. Sacerdotiũ Eccleſiæ.

Cæſarius Heyſtarbacbenſis vixit anno 1202.

Circa hoc biennium iuxta Coloniam in villa, quæ Belle vocatur, geſtum eſt, quod dico. Die quadam cũ *Sacerdos miſſam celebraret*, & dicto Euangelio, hoſtiam patenæ ſuperpoſitam ſuper corporale collocaſſet, illa mox reſiliuit: Putans hoc Sacerdos caſu accidiſſe, neque hoſtiam be- Lib. Dialo. cap. 65.

na

ne locatam, denuò eandem ſuperpoſuit. quæ remotiùs eo intuente reſiliuit, quàm priùs: cumq; tertiò id tentaſſet, quaſi turbine impulſa, proiecta eſt de altari. Quo viſo territus eſt valde, & præcepit ſcolari, vt eadem hoſtia reſeruata, aliam ſuperponeret, *quam & conſecrauit.* Dicta verò miſſa tollens ſecum hoſtiam prædictam, Coloniam properauit, hoſtiam oſtendit, quid de ea factum ſit recitauit. Cunctis cauſam mirantibus, vnus clericorum hoſtiam contra lucem leuans, maculam in ea contemplatus eſt: quam cum in conſpectu multorum fregiſſet, cimex qui vulgo pediculus parietinus dicitur, apparuit in ea decoctus. Et glorificauerunt Dominum omnes qui aderant, haud dubium, quin à ſanctis Angelis reiecta eſt, qui non ſunt paſsi, vt panis tam fœtido vermiculo corruptus, *per miniſterium ſacerdotis*, tranſiret in corpus Domini ſui Con-

Sarcerdos eſt qui conſecrat panẽ & vinum.

Concilium Lateranenſe ſub Inno-*centio tertio anno 1215.*

Sacramentum Euchariſtiæ nemo *poteſt conficere, niſi ſacerdos, qui fuerit ritè ordinatus ſecundum* claues Eccleſiæ, quas Chriſtus conceſsit Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus. Cap.1.

IDEM.

In ordinatiône Sacerdotum hoc obſeruat Eccleſia Catholica, vt poſt datam *poteſtatem* conficiendi corpus Domini & ſanguinem, *per epiſcopum detur* eis poteſtas remittendi peccata.

Honorius III. Papa vixit anno 1216.

Sacerdos doceat frequenter plebē ſuam, vt cùm in celebratione miſſarum eleuatur hoſtia ſalutaris, ſe reuerenter inclinet, *idem faciens cùm eam defert presbyter* ad infirmum. Quam in decenti habitu, ſuperpoſito mundo velamine, ferat & referat manifeſtè & honorificè ante pectus cum Lib.3. Decretalium.

omni

omni reuerentia & timore, ſemper lumine pręcedẽte, cùm ſit candor lucis æternæ.

Gregorius IX. Papa vixit anno 1226.

Lib. 3. Decretalium. Vna eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia, extra quam nullus homo ſaluatur. In qua idem ipſe Sacerdos eſt ſacrificiũ Ieſus Chriſtus, cuius corpus & ſanguis in Sacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter cõtinetur: transſubſtantiatis, pane in corpus, & vino in ſanguinem poteſtate diuina, vt ad perficiendum myſterium vnitatis, accipiamus ipſi de ſuo, quod ipſe accepit de noſtro. *Et hoc vtiq; Sacramentum, nemo poteſt cõficere, niſi Sacerdos, qui ritè fuerit ordinatus* ſecundum claues eccleſię, quas ipſe cõceſsit Apoſtolis eorumq; ſucceſſoribus Ieſus Chriſtus.

Cap. 25. lib. de officio miſſæ. *Berno Augienſis Abbas anno 1226.*

Clericos à laicis, dum ſacrificium celebratur, eſſe ſeparandos, viris laicis citra.

tra chorum in parte meridiei, id eſt dextra, & mulieribus in parte ſeptẽtrionali et ſiniſtra: clericis in choro & circa altare ad ſeruiendum manẽtibus.

Laici & clerici diſtinctio.

Albertus Magnus Epiſcopus Ratiſponenſis vixit anno 1260

Eleuatis oculis in cœlum, ad te Deum patrem ſuum omnipotẽtem, tibi gratias agens, benedixit & fregit. Poſtquam panem in corpus ſuũ transſubſtantiauit. Et hæc fractio eſt in ſolis formis ſacramentalibus, & non in corpore Chriſti: hæc enim ſpiritualis eſt fractio, in qua virtus cognoſcitur Deitatis, vt forma panis frangatur & corpus integrum remaneat. Dedit diſcipulis ſuis dicens: Accipite & manducate ex hoc omnès, hoc eſt enim corpus meum. Forma eſt Sacramenti, *qua omnis Sacerdos deinceps debuit vti, & continetur* Matth. 26. & Marci 14 in hanc enim formam verbum increatum deſcendit

Lib. de Miſſæ Myſteriis.

dit in verbum creatũ, & ſua inuiſibili potentia operatur transſubſtantiationẽ panis in corpus Chriſti: ſicut etiam à principio in verbo inſtituta & facta eſt omnis creatura, omnia per ipſum facta ſunt.

Nicolaus Cabaſillas Epiſcopus Dyrrachij vixit anno 1269.

Cap. 25. de altaris ſacrificio. *Sacerdos* autem dona quidem *ponit ſuper menſam* Ipſe autem, vt qui iam verſetur in myſterij celebratione, & venerandam ſit hoſtiam tractaturus, adhuc ſeipſum præparat, & per preces purgat, & ad *ſacrificium componit*, & non ſolùm ſeipſum, ſed circumſiſtentem etiam multitudinẽ præparat & diſponit ad gratiam oratione, & inter ſe inuicem dilectione, & fidei confeſsione. IDEM.

Cap. 46. eodem in libro. *Sacerdos dominus non eſt donorũ oblationis*, ſed quod quidem oblationẽ propriè efficit, eſt gratia ſanctificãs: hoc enim oblatum eſſe eſt, eſſe ſanctificatum. Qui autẽ *quotidie ſacrificat*, *eſt*

eſt illius miniſter. Nihil enim domo affert, neq; aliquid audet facere, vel dicere ex ſuo iudicio vel ratione, ſed illa ſolùm, quæ illinc accepit, ſiue res eſt, ſiue ſermo, ſiue factum, eo quo iuſſus eſt modo offerẽs, Deo reddit, & ita dona quę, prout ei placet, Deo ſemper offerunt, neceſſe eſt ſemper ei eſſe accepta. Quid enim tum, ſi is qui offert in ijs, quæ ad ſe pertinent, malus eſt? Illius enim improbitas donis nihil adijcit, neque reddit oblationẽ deteriorẽ: ſicut nec medicamentũ ſalutare eſſe prohibetur, quòd ſimplex & idiota, & qui artem nihil callet, hoc cõpoſuit, ſi modò iubente medico, & eã cõpoſitionem tradẽte, id cõpoſuit. Fuerit enim nõ ꝓpter eius qui inſeruijt, imperitiam vanũ, ſed ꝓpter artẽ eius, qui tradidit ſalutare. *A miniſtri enim inſcitia nihil accepit*, ab arte autẽ medici omnẽ ſuſcepit compoſitionẽ. Ita hîc etiam gratia vniuerſum efficit, *Sacerdos autem ſolùm eſt miniſter, neç ipſum* Quid ſit ſacerdotium externum.

quidem miniſterium domo prolatum habens. Nam id etiam habet à gratia: hoc eſt enim ſacerdotium, poteſtas quædam miniſtratrix ſacrorum.

Theologi Pariſienſes.

Arti. 8. Porrò *ſolis ſacerdotibus ſecundum eccleſiæ* ritum ordinatis data eſt à Chriſto poteſtas conſecrandi verũ Chriſti corpus, & in foro pœnitentiæ à peccatis abſoluendi.

Ioannes Valenſis vixit anno 1270.

Lib. de regimine vitæ humanæ. Septimus ordo eſt *presbyterorum.* Horum officium eſt *Sacramentum corporis Domini in altari conficere.* Hoc officio Dominus vſus eſt, quando poſt cœnam panem & vinum in corpus & ſanguinẽ ſuum mutauit. Hoc ipſum excellenter officium implens exhibuit: quando ipſe ſacerdos & hoſtia in ara crucis ſe obtulit.

S. Thomas Aquinas vixit anno 1271.

Parte 3. q. 82. art. 1. Concluſio. Sacramentũ hoc eſt tantæ dignitatis, quod non conficitur niſi in perſona

ſona Chriſti. Quicunque autem aliquid agit in perſona alterius, oportet hoc fieri per poteſtatem ab illo conceſſam. Sicut autem baptizato conceditur à Chriſto poteſtas ſumẽdi hoc Sacramentum: ita *Sacerdoti, cum ordinatur, confertur poteſtas hoc ſacramentum conſecrandi in perſona Chriſti.* Per hoc enim ponitur in gradu eorum, quibus dictum eſt à Domino: Hoc facite in meam commemorationem. Et ideo dicendum eſt, *quòd proprium eſt ſacerdotum* conficere hoc Sacramentum.

IDEM.

Perceptio huius Sacramenti non eſt tantę neceſsitatis, ſicut perceptio baptiſmi, vt ex ſupradictis patet. (q. pręced art. 11. ad 2. & q. 73. art. 3.) Et ideo licèt in neceſsitatis articulo laicus poſsit baptizare, *non tamen poteſt hoc Sacramentum conficere.* Ibidem in Reſponſione ad 3 argumentũ. In ſupplemento q. 34. art. 3.

IDEM.

Sacramentũ nihil eſt aliud, quàm concluſio

P quæ-

quædam ſanctificatio homini exhibita, cum aliquo ſigno viſibili: vnde cûm in *ſuſceptione ordinis* quędam cōſecratio *homini exhibeatur per viſibilia ſigna*, conſtat ordinem eſſe Sacramentum.

Sacer. Ordo eſt Sacramentū.

S. Bonauentura vixit anno 1280.

Lib. 4. Sententia. diſt. 13. q. 2.

Soli ſacerdotes poſſunt conficere, & ſi alij conficiunt nihil omninò faciunt, & hoc quidē docet fides noſtra, quam ab Apoſtolis percepimus, & ipſi à Domino. Vnde ordinauerūnt eccleſiam ſecundum Dei inſtitutionem. Et quia Apoſtoli & eorū poſtmodū ſucceſſores poteſtatem conficiendi *perſonis ſpecialibus* contulerunt, *quas & ſacerdotes appellarunt*: imò ſolis illis, tenet fides, licitum eſſe. Huic conſonat ratio, quòd Sacramentum illud, quod in magna reuerentia habēdum fuit, ſpiritualibus perſonis commiſſum eſt, & committi debuit: aut ergo ratione ſanctitatis, aut ratione authoritatis. Si ſanctitatis, vt dicūt

hære-

hæretici,tunc ergo nemo eſt certus vtrùm conficiat,& ſalus noſtra pendet ex aliena bonitate.Si authoritatis:*& authoritas poteſt tã malis quàm bonis concedi:& hanc vocamus ordinem ſacerdotij*:conſtat ergo quod illi ſoli poſſunt.

IDEM.

Sicut ſacri canones dicunt:Secundum ius commune nõ poteſt aliquis ordines diſpenſare,*præſertim ordines ſacros,niſi ſolus Epiſcopus*. Huius ſtatutum ortũ habet ex ſacra ſcriptura,& Spiritus ſancti ordinatione.Ex ſacra ſcriptura, quia cùm dñs duo genera diſcipulorũ habuit, quoſdã in numero duodeno,quoſdam in numero ſeptuageſimo: primos *Apoſtolos nominauit*,ſuper quos etiam fundauit Eccleſiam.Ipſos tum primo fundando in ſe,alios ſimplices diſcipulos appellauit:& Apoſtolis primò *fuit collata poteſtas imponẽdi manus et cõſecrãdi*, Eodem lib. Diſt.25.q.1.

Poteſtas ordinandi eſt penes Epiſcopos.

non autem ſimplicibus diſcipulis: ſicut patet ex textu, & ex glos. Acto. 8. Et quoniam *Apoſtolis ſucceſſerunt epiſcopi, diſcipulis verò ſacerdotes ſimplices*, ſicut habetur diſt. 21. c. in nouo teſtamento: & ita patet quòd authoritas ordinandi & manus imponendi ſecundum formam Eccleſiæ primitiuæ Epiſcopis appropriatur. Vnde & Apoſtolus ſcribens Thim. (1. Thim. 4.) dicit: manus citò nemini impoſueris.

Guilhelmus Durandi Præſul Minacenſis anno 1289.

Lib. 4. diſt 13. q. 1.

Cùm proprium ſit quod conuenit ſoli & omni, dicendum eſt, quòd conficere hoc *Sacramentum Euchariſtiæ conuenit propriè ſacerdotibus, quia conuenit ſolis ſacerdotibus, & omnibus ſacerdotibus.* Quòd conueniat ſolis ſacerdotibus, patet ſic: cuius eſt potentia, eius eſt actus: ſed poteſtas cõſecrandi eſt in ſolis Sacerdotibus: er

go

go actus conſecrandi ſolùm compe-
tit ijs. Maior patet per Ariſtotelẽ de
ſom. & vi. Minor probatur, quia po-
teſtas quæ datur per conſecrationẽ,
ſolùm eſt in conſecrato. *Sed poteſtas
conficiendi Sacramentum Euchariſtiæ
datur in conſecratione ſacerdotali*, vt pa
tet per formam verborum, quam di-
cit epiſcopus conſecrando ſacerdo-
tem, & tradendo ei calicẽ, quæ ſunt
iſta: accipe poteſtatem ſacrificiũ of-
ferendi, miſſamq́; celebrandi, tam
pro viuis, quàm pro defunctis in no-
mine Domini: ergo ſoli conſecrati
conſecratione ſacerdotali habent po
teſtatem conficiendi hoc Sacramẽ-
tum. Quòd autem conueniat hoc Sa-
cramentum conficere *omnibus ſacer-
dotibus*, ita quòd ſi ſeruẽt omnia quæ
ſunt de neceſsitate ſacramenti, verũ
ſit Sacramentum, patet ſic: Si nõ om-
nis ſacerdos poſſet hoc Sacramentũ
conficere, hoc eſſet aut propter deme
ritum vitæ, quia eſſet malus, aut pro-

pter defectum in fide, quia eſſet hæreticus: vel propter ſententiam Eccleſiæ, quia eſſet excommunicatus: vel propter depoſitionem ab ordine, quia eſſet degradatus. Sed nullũ iſtorum impedit quia *Sacerdos poſſit verè conficere*, ergo &c.

Guido Archidiaconus Bononienſis vixit anno 1292.

In decretũ de conſecratione. Subſtantia panis, vel vini, quę nõ fuerant corpus Chriſti vel ſanguis, ad verba Chriſti prolata, fit corpus Chriſti & ſanguis. Et ideo *Sacerdotes dicuntur conficere corpus & ſanguinem Chriſti, quia eorum miniſterio ſubſtantia panis tranſubſtantiatur in corpus Chriſti*, & ſubſtantia vini in ſanguinem. Et ſi dicatur, quòd de ſpecie panis fit corpus, ſiue Sacramentum efficitur, ſic intelligitur, id eſt, ad prædicta verba, ſubſtantia panis ſacramentum efficitur.

Iaco-

Iacobus Archiepiſcopus Genuenſis vixit anno 1294.

Accepit *Chriſtus perſonam Epiſcopi,* quando panem & vinum in corpus & ſanguinem ſuum tranſmutauit, & *Apoſtolis poteſtatem* conficiendi dedit. Et iſta eſt maior poteſtas quæ vnquam homini data fuit. Eſt enim poteſtas Dei magna, facere aliquid de aliquo, ſicut quando fecit hominē de terra, & Euam de coſta Adæ. Et alia poteſtas Dei maior: ſicut de nihilo aliquid facere: ſicut fecit cœlum & terram Et eſt tertia maxima: ſicut de creatura creatorem. *Iſtam poteſtatem nō dedit Angelis, ſed ſolis ſacerdotibus,* quia diuina virtute in corpus & ſanguinem ſubſtantiam panis & vini conuertunt. *inuiſibilis enim Sacerdos, ſcilicet Chriſtus per miniſtros ſuos viſibiles creaturas* in corpus & ſanguinem ſuum ſecreta poteſtate cōuertit verbo ſuo, ſcilicet illo: Hoc eſt enim corpus meum.

In Hiſto. Lōbardica.

Guido Montis Rocherij vixit anno 1332.

Euchariſtia eſt ſacramentũ corporis & ſanguinis Chriſti, contentorum ſub ſpeciebus panis & vini, *virtute verborum à ſacerdote prolatorum:* in eo continetur ille, qui eſt fons gratiæ, ſcilicet Chriſtus.

Cap. 3. Manipuli curatorum.

S. Germanus Epiſc. Conſtantinopolitanus vixit circa annum 1343.

Agnoſcite omnes *Sacerdotes*, qui ſacro altari aſsidetis, & incruentam victimam ſacrificatis, quòd viuas paſsiones Chriſti annuncietis. Ipſe dixit: Hoc eſt corpus meum, hic ſanguis meus Ipſe & Apoſtolis iuſsit, & per illos vniuerſæ Eccleſię, hoc facere: Hoc enim, ait, facite in meã cõmemorationem. Non ſanè id facere iuſsiſſet, niſi vim inditurus fuiſſet, vt id facere liceret. Et quæ eſt deprecatio? Spiritus ſanctus, virtus ex alto quæ Apoſtolos armauit, vt eis à Domino dictum fuerat: Sedete in vrbe Ieruſalem, donec induti ſitis virtu-

te exalto. Hoc opus eſt eius ingreſſus. non enim ſemel egreſſus, in poſterum dereliquit nos, ſed eſt nobiſcum, & erit in perpetuum, *in auum hoc per manum Sacerdotum & linguã myſteria conficit*: ac non ſanctum Spiritum duntaxat miſit Dominus noſter, vt maneat nobiſcum, ſed & ipſe pollicitus eſt ſe manſurum nobiſcũ, vſque ad conſummationem ſeculi. At paracletus inconſpicuus adeſt, quia ipſe corpus non guſtauit: Dominus verò & conſpicitur, & tangi ſe patitur per tremenda & ſacra myſteria, vt qui noſtram naturam acceperit, eamq; geſtet in ſecula. *Hac ergo Sacerdotij virtus, hic Sacerdos*. Non enim ſemel cùm ſe obtulerit & ſacrificarit, Sacerdotio defunctus eſt, ſed hoc perpetuò noſtrum miniſterij munus obit, quo & aduocatus eſt pro nobis apud Deũ per æuũ. Propterea nulla fidelibus de ſanctificatione donorũ ſupereſt, neq; de alijs

Sacra-

Sacramentis:an ſecundũ propoſitũ & preces Sacerdotũ compleantur.

Ioannes à Tombacho vixit anno 1366.

Sacerdos ſuper hoſtiam conſecrandam in perſona Chriſti dicit: Hoc eſt corpus meum. Quæ verba Sacramentalia efficiunt, qui figurant corpus Chriſti. Cap. 1. de conſolat. Theologię conſider. 3.

Gerardus Magnus vixit anno 1383.

Perpende & attende *ſacerdos*, quãta diligentia, quanta vigilia ſancti Angeli ſeruauerunt locum ſepulchri, Dominico corpore iam ſublato, rediuiuo & glorificato, in quanta vultus & veſtium venuſtate apparuerũt ſanctis mulieribus ſepulchrũ viſitantibus, & corpus requirentibus. Inde proculdubio ſcire debes, quod ſi idem corpus modò ſupra modũ glorioſum reſidẽs ad dexterã Patris, *dignè tractaueris*, & ei mundum & nouũ ſepulchrũ tui corporis Tractatu contra fornicatores ſacerdotes.

præparaueris, & ipſum ſindone mũda, id eſt, conſcientia pura inuolueris: nõ deerit tibi tã in anima, quàm in corpore frequens Angelorũ cuſtodia.

Renerus Piperuus creditur vixiſſe anno 1392.

Commẽt. ſuis, in S. Ioh. Euan. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi, pertinet ad communionem ſui corporis, ſcilicet ad Euchariſtiæ Sacramentum. Vbi poſſumus quatuor conſiderare circa ipſum Sacramentum. Primò ſcilicet, ſpeciem: ſecundô inſtituentis auctoritatem Tertiò, Sacramenti veritatẽ: quartò, eius vtilitatem. Species quidem Sacramenti eſt panis: Auctor huius Sacramenti eſt Chriſtus. Nam licèt *Sacerdos conſecret, tamen ipſe Chriſtus dat virtutem Sacramento, quia & ipſe Sacerdos conſecrat in perſona Chriſti.* Vnde in alijs Sacramentis vtitur Sacerdos verbis ſuis, ſeu Eccleſiæ: ſed

in

in iſto vtitur verbis Chriſti: Quia ſicut Chriſtus corpus ſuum propria voluntate dedit in mortem: ita ſua virtute dat ſe in cibum, & ideo dicit, quem ego dabo. Et dicit dabo, quia non ante inſtitutum erat hoc Sacramentum.

Ex S. Brigitta Vidua hiſtoria: vixit anno 1346.

Loquebatur genetrix Dei in viſione ad Brigittam: Ego exponere volo Epiſcopo, quid facere teneatur: *Omnis Epiſcopus debet habere* infulam in brachijs ſuis benè cuſtoditam: nō vendere eam pro pecunia, nec concedere alijs propter amicitiam, nec per tepiditatem & negligentiā perdere eam. Quid ſignificat infula iſta, *niſi poteſtatem & dignitatem epiſcopalem: videlicet ordinare clerum, conficere Chriſma, errātes corrigere, excitare negligentes per opera virtuoſa?*

Di. Dionyſius, Cart. de vita & regimine Epiſcoporum, art. 24.

P 7 Ioan-

Ioannes Bromiardus vixit anno 1402.

In ſumma Concionator. Infidelibus mirabile videtur, quo modo natura panis & vini poteſt conuerti in carnem & ſanguinem Chriſti *per verba à Sacerdote dicta.*

Thomas campenſis vixit anno 14[illegible].

Lib. de Sacramento altaris. Grande myſterium & magna dignitas *Sacerdotum, quibus datum eſt, quod Angelis non eſt conceſſum. Soli nanque Sacerdotes in Eccleſia ritè ordinati poteſtatem habent celebrandi, & corpus Chriſti conſecrandi.* Sacerdos quidem miniſter eſt Dei, vtens verbo Dei per iuſsionem & inſtitutionẽ Dei. Deus autem ibi principalis eſt auctor & inuiſibilis operator, cui ſubeſt omne quod voluerit, & paret omne, quod iuſſerit.

Thomas Haſelbachius vixit anno 1414.

ſerm. 7. Hoc ergo tenendum eſt fideliter, quod

quòd *Sacerdote proferente verba Chriſti* ad hoc inſtituta cum intentione debita conficiendi, in fine prolationis verborum ſub ſpeciebus panis, ex pane fit corpus Chriſti realiter tã extẽſum, ſicut fuit fuit in ara crucis,

Martinus V. Papa præfuit Eccleſiæ anno 1423.

Contra errorem Ioã. Vuicleph. & alioꝛũ.

Si quis ſuſpectus fuerit ſuper præmiſsis articulis, iuxta hunc modum interrogetur: Vtrùm credat, quòd *poſt conſecrationẽ Sacerdotis* in Sacramento altaris ſub velamine panis & vini non ſit panis materialis, & vinum materiale, ſed idem per omnia Chriſtus qui fuit in cruce paſſus, & ſedet ad dexteram patris Item, vtrũ credat & aſſerat, quòd *facta conſecratione per Sacerdotem,* ſub ſola ſpecie panis tantùm, & præter ſpeciem vini, ſit vera caro Chriſti & ſanguis, & anima, & Deitas, & totus Chriſtus ac idem corpus abſolutè, & ſub vnaqualibet illarũ ſpecierũ ſingulariter.

Tho-

Thomas Vualdenſis vixit anno 1420.

Lib. de Sacram. cap. 28. contra Vuicleph.

Quædam, inquit, mulier in extaſi conſtituta, cùm prophetam ſe pręferret, & quaſi Spiritu ſancto plena ſic ageret: ita autem principaliũ dæmonum impetu ferebatur, vt per longum tempus ſollicitaret & deciperet fraternitatẽ, vt mirabilia quædam & portentoſa perficiens, mouere ſe terram polliceretur. Atque illa mulier, quæ priùs per præſtigias & fallacias dæmonis multos ad deceptionem mouebat, inter cætera, quibus plurimos deceperat, etiam hoc frequenter auſa eſt, vt *& inuocatione* non contemptibili *ſacrificare ſe panẽ, & Eucbariſtiam ſe facere ſimularet*, & ſacrificium Domino cum ſolitæ ſacramento precationis offerret, baptizaret quoque multos, vſitata & legitima verba interrogationis vſurpans, vt nihil diſcrepare ab Eccleſiaſtica regula videretur.

Hanc ſequuntur noſtri ſectarii.

Et

Et ſubdit.

Ecce *ſacerdotiſſam prophanam* de ordine Lollardino, pro qua item militat argumentum, quod Vuicleff fecit, vt incertum concluderet.

Antoninus vixit anno 1431.

Vos autem (inquit Eſaias cap. 61.) *Sacerdotes Domini vocabimini:* Miniſtri Dei noſtri, dicetur vobis. Verùm quantumcunque ſunt mali, tamen quia miniſtri Dei ſunt, *& perſonam eius repraſentantes* (præcipuè in baptizando & in abſoluendo, vbi locutio eorum eſt in perſona Dei) honorari debent: primò, quia ſcriptura vocat eos Deos, pſa. 81. aliquádo Angelos, Malach.... Secundò, Conſtantius noluit ſacerdotum accuſationes audire. Tertiò, etiam Pagani ſacerdotibus Deorum ligneorum tribuebant magnum honorem. Non ergo pro vita eorum mala debent contemni aut lædi.

Par. 3. tit. 14. c. 7. §. 1.

Iohan-

Ioannes Nider Dominicanus vixit anno 1435.

In 3. præceptũ. ca. 5. *Hanc autem poteſtatem* Euchariſtiam ſcilicet conſecrandi, *nec Angelus habet, nec homo alius quantumq; potens ac ſciens, ſanctus, aut bonus*. Quodámodo enim ſacerdos eum qui cœlos verbo creauit, verbo recreare habet, & eum, quem caſtiſsima virgo ſemel genuit, quotidie poteſt quodammodo regenerare.

Iannes Gerſon vixit anno 1436.

P. 1 in ſermo. habito in concil. Remenſi. Dominica 2. poſt Paſcha. Quomodo prædicabunt (inquit Apoſtolus) niſi mittantur? Confunderetur enim penitus *Eccleſiaſtica Hierarchia*, ſi cuilibet indifferenter authoritatiuum prædicationis officium laxaretur. Fit autem *miſsio per Deum vel immediatè* (quæ tamē probari debet apud recipientes per miraculum, aut per prophetiam, aut aliud tale ſufficiens ſignum) vel *mediante ſuperiorum* authoritate.

Ioan-

Ioannes à Spina vixit anno 1458.

Ad id quod dicunt Iudæi de adoratione Euchariſtiæ, quòd inſit idolatria, dicendum, quod nõ eſt verum: non enim adoratur panis, quia non eſt ibi, ſed eius ſubſtantia conuerſa eſt in ſubſtantiam corporis Chriſti virtute diuina ad prolationem *verborũ conſecrationis*, quæ ſunt ipſius Chriſti veri Dei effectiuè ſeu principaliter, *ipſius autem Sacerdotis prolatiue, miniſterialiter.* Lib. 3 Fortalicii fidei Conſideratione 4. lib. 3.

Marſilius Ingnen. D. Heidelbergenſis.

Soli *Epiſcopi poſſunt conſecrare* ſacerdotes vt miniſtri.

PAVLO POST.

Claues dicuntur dari *in Sacerdotio*, eò quòd imprimitur character à Deo, qui eſt ſignum, quòd ipſe *Sacerdos & anima eius*, in ea dignitate cõſtitutæ ſint, vt poſſint corpus dominicum cõſecrare, & ſibi commiſſos, imò & quemlibet in extrema neceſſitate conſtitutum ſoluere & ligare. Sent. lib. 4. q. 12. art. 2.

Ioan-

Ioannes Huxarus: Opinor illum vixiſſe circa annum 1443.

Epiſt. ad quoſdam pios Sacerdotes.

Non reuertetur ad me verbũ meũ vacuum. Vnde hoc? Certè, quia dabit voci ſuæ vocem virtutis & efficaciæ in hac mirabili ſui pretioſi corporis & ſanguinis confectione. Tantæ enim virtutis eſt illorum verborum ſuper debitam materiam, cum debita *intẽtione à ſacerdotote prolatio,* vt quantumcunq; malus aut indoctus extiterit, tam veraciter conficit, quàm *vnquam confecit Petrus.*

Nicolaus Dorbellanus vixit anno. 1454.

Lib. 4. Sententiarum.

Eſt Euchariſtia ſignum ſenſibile ex inſtitutione diuina, veraciter ſignans corpus Chriſti & ſanguinẽ ſub ſpeciebus panis & vini realiter contineri, *poſt conſecrationem factam à Sacerdote, verbis certis cum debita intentio-*

tentione prolatis. Eſt autem hoc Sacramentum nouæ legis: fuit namque à Chriſto inſtitutum in cœna, vbi dedit *auctoritatẽ Apoſtolis hoc Sacramẽtum* conficiendi, dicens: Hoc facite in meam commemorationem.

Beſſarion Archiepiſcop. Conſtantinopolitanus vixit anno 1471.

Atque panis & vini in corpus & ſanguinem transmutatio, nõ petẽtium meritis: ſed eius potentia, qui ex nihilo cuncta produxit, *per ſacerdotem, tanquam per inſtrumentũ quoddam efficitur*. Ex quo manifeſtum eſt, non orantis ſanctitatem, ſed ipſum Dominum proprijs ſuis *verbis à ſacerdote* prolatis, panem & vinum in proprium corpus transmutare. Lib. de ſacram. Eucha. & verbis quibus conſecratio peragitur.

IDEM.

Eſt, inquit, adhæc neceſſarius & idoneus & ſufficiens *miniſter*. Suffi- Ibidem.

ciens

ciens autem eſt, qui *poteſtatem per cõſecrationẽ habet & ſacerdos factus eſt.* Nec enim à quocunque prolata verba eiuſmodi efficere poſſunt, quod quærirur, imo verò nihil omnino poſſunt, *niſi à ſacerdote proferantur.* Eius rei ratio, quòd ita Deo placitũ eſt, ita ordinauit, hanc legem tulit. *Tranſgreſſori* igitur legis & voluntatis eius dignum paratum eſt *meritũ, ne quid facere poſſit.*

Laici non poſſunt cũficere Eucharistiæ Sacramentum.

Ioannes Betſius moritur anno 1476.

Dignitas Sacerdotum notatur præcipuè in hoc quòd habent venerabile *sacramentum offerre.* O veneranda Sacerdotum dignitas, inter quorum manus, velut in vtero virginis Filius Dei incarnatur. O venerabiles ſacerdotes, ſi ſacerdotaliter vixeritis O venerabilium ſanctitudo manuũ, vbi Chriſtus, id eſt, vnctus, tractat Chriſtum,

In 4 dicalogi præce.

Chriſtum, *Sacerdos Dei filium.* O cœleſte myſteriũ, quod per vos Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus tam mirabiliter operatur: vt vno eodemq; momento idem Deus, qui præſidet cœlo, in manibus veſtris eſt ſacrificium in altari. In hoc tã inſigni priuilegio ſtupet cœlum, miratur terra, veretur homo, horreſcit infernus, contremeſcit Diabolus, & veneratur hoc plurimũ angelica celſitudo. Quid potuit Deus plus *dare ſacerdotibus*, quàm ſeipſum tractare, ſumere, & miniſtrare.

Robertus de Licio.

Dubiũ eſt: Vtrũ aliquis nõ *Sacerdos poßit cõſecrare*? Et reſpõdeo *quòd non*. Imò ſi oẽs homines mũdi *non ſacerdotes eſſent* ſancti & iuſti: & per annos & años dicerẽt verba cõſecrationis ſuper debita materia cũ intentiõne cõſecrãdi, nũquã cõſecrarẽt. Ideo ſcribitur extra de ſumma tri. ẽt fi. ca. c. 1 Hoc vtiq; ſacramẽtũ nemo poteſt *conſicere*

Sermone 65. ſupra Quadrageſimam, ca. 3.

conficere, niſi Sacerdos, qui ritè fuerit ordinatus ſecundum claues eccleſię, quas ipſe conceſsit Apoſtolis eorũque ſucceſſoribus Ieſus Chriſtus. Et Eccleſia cantat ſic: Sacrificium iſtud inſtituit, cuius officiũ committi voluit *ſolùm presbyteris*, quibus ſic congruit, vt ſumant, et dent cœteris. Et 25. diſt. in c. perlectis. dicitur: Ad *presbyterum pertinet* ſacramẽtũ corporis & ſanguinis Domini in altario Dei conficere.

Ioannes Abbas Liuriacenſis vixit anno 1502.

Tit. 8. exercitiorum ſpiritualiũ membro 5. & 2. ca. 7.

Apoſtolis & cœteris poteſtatem conficiendi dedit. A qua poteſtate nullũ legitimum Sacerdotem, ſeruatis ſeruandis, excluſit. Verè ſtupendũ hoc fuit amoris ſignum, quòd ſic in Sacramento ſe pro te expoſuit, & ſic quaſi noua morte ſeipſum manibus cuiusque *Catholici Sacerdotis* expendit. Quia pro nullius malitia, vel pro aliqua

aliqua iniuria, quæ illi fiat, poteſt eius præſentia violari, quin ſemper ibi ſit verum Chriſti corpus, ritè factis, quæ circa conſecrationem fieri debent, & durantibus ſpeciebus.

Eraſmus Rotherodamus moritur anno 1536.

Dogma, quo quidam *cuiuis tribuūt poteſtatem conſecrandi*, abſoluendi, & ordinandi, ſemper habui pro manifeſta inſania. Epiſt. ad Lodouicū Berum.

Catechiſmus ex Decreto Concilij Tridentini ad Parochos, Pij. v. Pont. Max iuſſu editus.

Sacerdotis igitur munus eſt, Deo ſacrificium facere, eccleſiaſtica Sacramenta adminiſtrare, quemadmodum ex conſecrationis ritibus perſpicitur. Nam *Epiſcopus cùm aliquem ſacerdotem inſtituit*, primùm quidem manus ei, vna cū omnibus ſacerdo- De Sacramento Ordinis.

tibus, qui adſunt imponit: deinde ſtolam humeris aptans eam ante pectus in crucis formā componit: quo quidem declaratur, ſacerdotem virtute indui ex alto, qua poſsit crucem Domini & iugum ſuaue diuinæ legis perferre, eamque non verbis ſolùm, ſed vitæ ſanctiſsimè & honeſtiſsimè actæ exemplo tradere. Poſtea manus ſacro oleo inungit: tum verò calicem cum vino & patenam cum hoſtia tradit, dicens: Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium Deo, miſſasque celebrandi tam pró viuis, quàm pro defunctis. Quibus cæremonijs & verbis interpres, & mediator Dei & hominum conſtituitur, quę pręcipua ſacerdotis functio exiſtimanda eſt. Ad extremum verô, *manibus iterum eius capiti impoſitis*. Accipe inquit, Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt: eique cœleſtem illam,

quam.

quam Dominus diſcipulis ſuis dedit, peccata retinendi ac remittendi poteſtatem tribuit.

IDEM.

Aliam quoque *gratiam hoc Sacramento* tribui perſpicuum eſt, præcipuam videlicet *poteſtatem*, quæ ad ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum refertur, in ſacerdote quidem plenam & perfectam, vt qui Domini corpus & ſanguinem *vnus poteſt conficere*: in alijs verò inferiorum ordinum miniſtris maiorem minoréue, quo quiſque miniſterio ſuo magis minusúe ad altaris ſacramenta accedit.

Ibidem.

Vnus ſacerdos corpus & ſanguinem Domini poteſt conficere.

Concilium Tridentinum anno 1545.

Si quis dixerit, non eſſe in nouo teſtamento *ſacerdotium viſibile, & externum*, vel non eſſe poteſtatem aliquam conſecrandi & offerendi verum corpus & ſanguinem Domini, & peccata remittendi & retinendi, ſed officium tantum, & nudum miniſte-

Can. 1. De Sacramento ordinis.

niſterium prædicandi Euangelium, vel eos, qui non prædicant, prorſus *non eſſe ſacerdotes*, Anathema ſit.

*I*DEM.

Can. 2. Si quis dixerit, præter Sacerdōtium non eſſe in Eccleſia Catholica alios ordines & maiores & minores, per quos velut per gradus quoſdam *in Sacerdotium tendatur*, Anathema ſit.

*I*DEM.

Can. 3. Si quis dixerit, *ordinem*, ſiue ſacrā ordinationem, nō eſſe verè, & propriè *Sacramētum* à Chriſto domino inſtitutum, vel eſſe figmentū quoddam humanum, excogitatum à viris rerum Eccleſiaſticarum imperitis, aut eſſe tantùm ritum quendam eligendi miniſtros verbi Dei, & ſacramentorum, Anathema ſit.

IDEM.

Can. 4. Si quis dixerit per *ſacram ordinationem non dari Spiritum ſanctum*, ac proinde fruſtra epiſcopos dicere: Accipe

Accipe Spiritum ſanctum, aut per eam *non imprimi characterem:* vel eũ qui ſacerdos ſemel fuit, laicum rurſus fieri poſſe, Anathema ſit.

IDEM.

Si quis dixerit, ſacram vnctionem qua Eccleſia in ſancta ordinatione vtitur, non tantum non requiri, ſed contemnendam & pernitioſam eſſe, ſimiliter & alias ordinis cæremonias, Anathema ſit. Can. 5.

IDEM.

Si quis dixerit, in Eccleſia Catholica non eſſe *Hierarchiam diuina ordinatione inſtitutam,* quæ conſtat ex Epiſc. presbyteris & miniſtris, Anathema ſit. Can. 6.

IDEM.

Si quis dixerit: Epiſcopos nõ eſſe Can. 7.

 presby-

presbyteris ſuperiores, vel non *habere poteſtatem confirmandi & ordinandi*: vel eam quam habent, illis eſſe cũ presbyteris communem: vel ordines ab ipſis collatos *ſine populi, vel poteſtatis ſecularis conſenſu, aut vocatione irritos eſſe*: aut eos, qui nec ab eccleſiaſtica & canonica poteſtate ritè ordinati, nec miſsi ſunt, ſed aliundè veniunt, legitimos eſſe verbi & ſacramentorum miniſtros, Anathema ſit.

Idem.

Can. 8. Si quis dixerit: *Epiſcopos*, qui authoritate Rom. Pontificis aſſumuntur, *non eſſe legitimos*, ac veros Epiſcopos, ſed figmentum humanum, Anathemā ſit.

FINIS.

Teſtimonia hæc ꝑ cōfirmatione externi, viſibilis ac Hierarchici Sacerdotij Eccleſiæ Catholicæ à Reuerendo & Erudito Viro D. Caſparo Franck Collecta, piè atque vtiliter Typis mandari cenſeo.

Albertus Hungerus, S S. Theologiæ in alma Ingolſtadien. Academia Profeſſor, & ibidem Collegij Theologici pro tempore Decanus. N. P.

AVCTORVM NOMI-
na, quorum illuſtribus teſtimonijs
hæc de externo ſacerdotio Ec-
leſiæ, doctrina confir-
matur.

A

S. Abdias ex LXXII Chriſti diſcipulis.
Adelmannus Epiſcopus Brixinenſis.
S. Adalberti in Epiſcopum ordinatio.
Albertus magnus Epiſcopus Ratiſponēſis.
Alcuinus.
S. Alexander martyr.
S. Ambroſius Archiepiſcopus Mediola-
nenſis.
Amalarius Archiepiſcopus Treuerenſis.
Amphilochius.
S. Anacletus martyr.
S. Andreas Apoſtolus.
S. Anicetus
S. Anſelmus.
Anterus.
S. Antonius Archiepiſcopus Florentinus.

An-

Antoninus.
Antiochus.
Apoſtolicæ conſtitutiones.
Apoſtolici canones.
Arnobius.
S. *Athanaſius.*
S. *Auguſtinus Epiſcopus Hipponenſis.*
S. *Auguſtinus Epiſcopus Anglorum.*

B

Balduinus Archiepiſcopus Cātuarienſis.
Baſilius imperator.
Baſilius magnus.
Beda presbyter.
Berno Augienſis Abbas.
S. *Bernhardus.*
Beſſarion Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus.
S. *Bonifacius.*
S. *Bonauentura.*
S. *Brigitta.*
S. *Burchardi ordinatio.*

C

S. *Caſarius.*

S. *Caſsiodorus.*
Carolus magnus.
Catechiſmus Concilij Tridentini.
Chromatius.
S. *Clemens.*
Conſtantinus.
Concilium Ancyranum.
Concilium Antiochenum.
Concilium Aquiſgranenſe.
Concilium Arelatenſe I.
Concilium Arelatenſe II.
Concilium Braccarenſe II.
Concilium Carthaginenſe I.
Concilium Carthaginenſe IIII.
Concilium Eliberinum.
Concilium Elibertinum.
Concilium Hiſpalenſe II.
Concilium Ilerdenſe.
Concilium Laodicenſe.
Concilium Lateranenſe.
Concilium Nœocaſarienſe.
Concilium Nicenum.
Concilium Sardicenſe.

Tri-

Concilium Triburienſe.
Concilium Tridentinum.
Concilium Toletanum XII.
Concilium Turonicum II.
S. *Corbiani ordinatio.*
Cyprianus.
S. *Cyrillus.*

D

S. *Damaſus.*
S. *Dionyſius* Areopagita.

E

Egeſippus.
Epiphanius.
Ephraën.
Eraſmus Rotherodamus.
Euagrius.
Euariſtus.
Eueruuinus.
Euſebius.
Euſebius Pamphili.
Euthymius Abbas.

F

Fabianus.

S. *Felix martyr.*
S. *Fulgentius.*

G.

Gaius.
Gelaſius.
Gennadius.
Georgius Pachymeres.
Gerardus magnus.
S. *Germanus.*
S. *Gregorius magnus.*
Gregorius ſecundus.
Gregorius tertius.
Gregorius ſeptimus.
Gregorius nonus.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nyſſenus.
Guido Archidiaconus Bononienſis.
Guido montis Rocherij.
Guilhelmus Durandi.

H

Haymo Epiſcopus Halberſtatenſis.
Herueus Britannus.
Heſychius.

Hiero-

Hieronymus.
Hilarius
Honorius.
Hubertus Caſalanus.
Hugo de S. Victore.
S. Hypolitus.

I

S. Iacobus frater Domini.
Iacobus Archiepiſcopus Genuenſis.
Ignatius.
Illyrici Epiſcopi.
Innocentius primus.
Ioannes Abbas Liuriacenſis.
Ioannes Betſius.
Ioannes Nider.
Ioannes Huxarius.
Ioannes à Spina,
Ioannes Gerſon.
Ioannes Bromiardus.
Ioannes à Tombacho.
Ioannes Valenſis.
S. Ioannes Chryſoſtomus.
Ionas Epiſcopus Aurelianenſis.

S. Irenaus.
S. Iſidorus.
Iſidorus Peluſiota.
S. Iuſtinus.
Iuſtinus imperator.
Iulius Papa.

K

Kilianus.

L

S. Lambertus.
S. Laurentius.
Leo magnus.
S. Lucius.

M

S. Macharius.
S. Marcellus martyr.
S. Martialis.
S. Maximus.
Marſilius Inghen.
Martinus V. Papa.
Melchiades.
Metaphraſtes.

N.

S. Narco-

S. Narciſſus
Nicephorus.
Nicolaus Cabaſillas.
Nicolaus Dorbellanus.
Nortberti Archiepiſcopi Magdeburgenſis ordinatio.

O.

Oecumenius.
S. Optatus.
Origenes,

P

Pariſienſes Theologi.
Paſchalis.
Paſchaſius.
Paulinus.
Petrus Damiani.
Petrus Cluniacenſis.
Petrus Lombardus.
Petrus Archiepiſcopus Aquenſis.
Philo.
S. Pius.
S. Policarpus

Pontianus.
Poſsidonius.
Primaſius.
S.Proclus.

R

Rabanus.
Remigius.
Renerus Pipernus.
Robertus de Licio.
Ruffinus.
Rupertus abbas.
Rupertus Epiſcopus.

S

Simeon Theſſalonicenſis.
S. Sixtus.
Socrates.
Sozomenus.
Stephanus Epiſcopus Heduenſis
Syneſius.
Synodus Braccharenſis.
Synodus Romana,

T

S. Teleſphorus.

Ter-

INDEX AVTORVM.

Tertullianus.

Theodorus,

Theodoretus.

Theodoſius Imperator.

Theophilactus.

Thomas aquinas.

Thomas Vualdenſis.

Thomas campenſis.

Thomas Ha*ſelbachius.*

V

S. Valentinus.

Valentinianus Imperator.

S. Vdalricus Epiſcopus Auguſtanus.

S. Vrbanus.

S. Vuolfgangni vocatio.

Z

S. Zepherinus.

757, 1-3

99 951716

Digitized by Google

379*

Digitized by Google

Digitized by Google